


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


613
Ia7dR


613

D. IASONIS PRATENSIS MEDICI DOCTISSIMI DE TVENDA SANITATE

Libri quatuor.

Ia 7 dR

Cum Indice rerum ac sententiarum copiosissimo.



ANTVERPIÆ,
Apud Ioannem Withagium sub Falcone. 1558.

INDEX.

¶ Ex libro secundo.

¶ Ex libro tertio.

¶ Ex libro quarto.

Butyrum

Finis Tabulæ.

Glyconicum ad Lectorem.

QVi vitam cupis impigram
Et ſanam bene viuere,
Qui vis candidius niue
Oſtentare caput ſenex,
Hunc hunc Lector amicule
Librum pellege gnauiter,
In quo proſpera plurima,
In quo præteritum eſt nihil,
Quod poſſit facere ad tui
Formam corporis integram.
Dixerunt veteres probe
Non conſiſtere tempora
Vitæ grata volubilis
In flatu calidi ætheris,
Sed, Si quis valeat bene,
Nec morbo premitur graui,
Hic ſe viuere tum ſciat.

LIBER PRIMVS

D. IASONIS PRATENSIS MEdici de curanda sanitate.

[library stamp]



IC mihi ad primum statim tituli conspectum, ingens phalanx occursabit eorum, qui me Chorœbo stultiorem vociferabuntur, & irridebunt: veluti cõnitentem (quod dici solet) veteres de possessione deijcere, & illos obscurare, quibus eximiæ eruditionis commẽdatione insignis gloria contigit. Neq; verear huic tam delicato sæculo, & ad leuissimum pridianæ mensæ nidorem fastidiẽti, recoctam crambem obtrudere: Id est, argumentum afferre ac thema depromere, ab innumeris retro medicis atq; ijs singulari doctrina præstantibus abunde explicatum. Quis hanc non damnet tam cæcam illiterati hominis arrogãtiam, & nõ exibilet, multisq; sannis perstringat tam stultæ confidentiæ temerariũ facinus, quod oculatus lector non alio nomine dignabitur, q̃ sæculũ hoc pro insipiente ducam, eos quoq; habeam bliteos, qui nunc passim in literis ac disciplinis clari celebrantur? Quasi tã rudis, & illaborati operis æstimatio quemq̃ celari possit. Galenus pæoniæ familiæ columen, & sua ipsius predicatione (vt alienis buccis ad euectionẽ non egeat) sublimis satis, de tuẽda valetudine librum conscripsit. Hic ad deterrendum solus obstitisse debebat, ne in hãc palęstram deuorato pudore descenderemus. Quid illũ effugere potuit, quod cõsecuti nos (qui ad hunc elephantum breuissima formica sumus) in lucẽ daremus. Vetus est prouerbiũ, ad regendum iter, tenues minorũ sydérũ igniculos neq; obseruant neq; sequuntur ij, qui bus splendidissimum rutilantis solis iubar prelucet. Ita Galeno prænitente & commostrante viam, qua bonæ valetudinis habitũ exacte tueamur, nullo alio indigent duce morta-

Galenus pęoniæ familiæ columen

Sol præ reliquis astris itineris dux

B   les, quo

les, quo citra effugibilẽ languorẽ incolumes viuant. Quippe quę nunc passim emicant faculæ, ad flãmeũ huius phœbi fulgorẽ si cõferantur, prorsus caligant, ac furuę obtenebrescunt. Alexãder olim iactanticulũ Ephestionẽ castigasse dicitũ Quę tãdẽ inquiẽs, tuę istę sunt opes, aut qđ tuũ facin⁹ Ephestio? si quis tuum tibi Alexãdrum demat. Porro si quis vnũ Galenum, nõ dicam huius æui archiatris, sed quotquot post eum in re medica scribere sunt aggressi, semel eripiat, inuestes, turpesq; simiæ, & deplumes corniculæ apparebunt, de alieno quidem liberales, de proprio sordidos atq; inopes extitisse patebit. Quo carmine suum Epicurum Lucretius affatur, par est ab omnibus Galenus decantetur:

Alexander Ephestionẽ corripuit

Tu pater es rerum inuentor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuis ex inclyte chartis,
Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta:
Aurea perpetua semper dignissima vita.

Pręter hunc Hippocrates, Archigenes, Diocles, nõ sine magna laude ĩ hac ipsa arena versati sunt. Quĩ depuduisse oportet eũ, aut sanę mentis habere parũ qui se, etiã lõgiore catalogo cõplexurũ sperabit, qđ philosophos, sapiẽtięq; sectatores prisca dederit ętas, in hoc vnũ exercitos, vt delectu facto ex vniuersis, quę alẽdo hoĩ suppetunt, cõmodiora & adminiculantiora internoscerent, quibus & ipsi in propriam alituram prouidi vterentur. Siquidẽ assiduis vigilijs, quas exãthlabãt in perscrutandis naturę rebus: pares esse nequibãt, nisi exquisito, & impeccabili cibatu viriũ defluxus ac detrimẽta restaurarent. Quę cũ de periculo, & diutina obseruatione cõperissent vt tuto, & sine vlla grauioris mali formidine assumi possent, ea suis literis transmittere ad posteros nõ dubitauerunt quibus nunc passim nec pœnitẽdus est vsus. Græcis pariter & Romanis (cũ dulcis honos alebat artes, & sua virtuti præmia cõscribebãtur) ingẽs erat studiũ, & inuictus ardor aliquo ingenij monumẽto de mortalibus bene mereri. Pro se qsq; certabat acris, suũ sibi seculum honesto beneficio deuincire neruos omneis intẽdebant, & in hoc acuebant vires, vt rara vt cũ vtilitate cõiuncta inuulgarẽt. Quale consiliũ aliarũ q̃q; disciplinarũ, nedũ medicę professionis antistites generoso afflatu

Prisci philosophi sanitatis studiosi

Suus olim artibus dat⁹ est honos

flatu corripuerat(cunctas enim iuuando homini & inuẽtas, & promulgatas cõstat.)Vti nulla prope iã sit ars,nulla sciẽtia quam non antiqui summa cum gloria, & plenissima narrandi diligentia excoluerint,cuius orbitã non circunscripserint eleganti, & absoluto stamine.Omissum nihil,qđ retractasse non sit superuacuũ:Effrontes plane actum agunt,& ab alijs elaboratã mazam pistãq; pinsunt, qui post tot examina eruditorũ procerũ in numero censeri ambiunt. Mea igitur paupertas,quid suppeditare poterit,quod non speciosius & maiori cum decore in superiorum commentarijs enitescit? Lucretius inquit:

Omnis disciplina a maioribus absoluta

Quid enim contendat hirundo
Cycnis,aut quidnam tremulis facere artubus hœdi
Consimili in cursu possint,ac fortis equi vis.

Nisi insano scribendi desyderio teneremur, miseris chartis prudentiores parceremus.Neq; horas vllas tam viles haberemus,quas hisce conuerrendis perdidisse iuuaret,quin suis in sedibus natiua luce sineremus splẽdescere, quæ in nostras farragines perperam transmouentes obscuramus. Vt nusq̃ rosæ blandiores arridẽt,aut odore magis fragrant,quam proprio in stipite ardescentes.Sic si quod verbum quadam energia peculiari pollet,si qua sententia amœnitatis illecebra nimis oblectat,nullo ex loco afficiunt magis,aut maiori cum voluptate pruriunt,quam apud quem authorem & prognata sunt,& amabilis vitæ spiritum hauserunt.Quod si cui licebit,eritq; integrum suam sitim explere, aridasq; fauces potu purioris aquæ saturare,quam liberalis fons plenis epistomiis profundit:non expectatur, vt is ad lacunas fossulasq; fugitiuas bibiturus descendat.Imo si qua lõgius diducitur aqua, & per canaliculas ac fistulas in alienum solum deriuatur,pristinam saporis gratiam amittit,easq; qualitates exuit,quibus cõmendata in vsum q̃tidianũ extrahebatur, vt nõ solũ ex ea sorbillasse implacidũ, sed & noxium sępe, ac pestilens fiet. Haud aliter, quæ ex authographis in alienas tabulas regeruntur,nonnunquam in diuersum sensum abeunt,& per ea quibus perperam copulantur aliud sonitant,q̃ parentẽ pręcinuisse accuratius pẽsiculãti innotescit.Quaobrẽ nihil expedit,grauiq; periculo cõiunctũ,pręsertim in re medica depręhenditur

Rosæ in proprio stipite magis odoræ

Periculosum non ex fontibus bibere.

henditur, in ijs versari, qui fontes non sunt, nec primigeniæ scaturigines eorum, quæ præcepta traduntur, quoniam hæc in lutulentas fossas coacta, & in lacunas turbidas deflexa turpiter inquinãtur. Nimirũ fieri potest, vt ij plagiarij authoris axioma non satis perspexerint, & sententiã, quæ suo in loco proba est, hallucinati corruperint, ac pro salutari antidoto letale toxicum obtrudant. Herculem ferunt filios obtruncasse pro hostibus, cũ cęcutiente visu, quos impetebat, non filios sed hostes discreuisset. Sic qui in aliorum lucubrationibus, & theorematis minus perspicaces versantur, dilabente iudicio nequiter declinant a scopo: neq; id assequuntur, quod imprimis assequutũ oportuit, quin praue intellecta in suas schedas prælicenter transmouẽt, & infœlicem lectorem inauspicato erroris poculo excipiunt. Ex veteribus ergo vt certiora, ita maiori cum emolumento petuntur, quæcunq; neoterici sub incudẽ pręter propter vtilitatẽ reuocãt. non semper huic est locus, decies repetita placebunt. Post hæc obstrepitabunt alij, & magna cũ securitate formidabiles inclamabũt: Vnde nobis hic sophus, vnde superciliũ hoc, & senticosum barbitiũ, cuius de tuẽda valetudine præceptiões nũc passim in librarijs tabernis vęneunt. Naturam ipsam incuriæ dãnat, stultitiæ insimulat, arguit inertiæ: qui eam sibi prouinciam arrogat, vt normulas (temeritatis quidem præfractæ testes) efflare attentet, quarum remigio vitę cymbam ex libramento deducamus, vt nullum iacturæ periculũ pertimescamus ex fluctibus, syrtibus, scyllis, atq; alijs incommodis: quæ institutam velificationem præpedire possent. Quasi sol tam luminis existat exors, cui id de luculentiore sydere mutuandum putemus, & non addiderit natura sagax industriæ suæ opificijs vigiles, validasq; facultates ac vires, quibus inoffenso pede, & citra casum superare queant itineris diffiniti metas, & animantia ipsa egeant doctore præmõstrante, quo sese tueãtur ab interitu celeri, nec beneficium acceperint de parentis liberalitate prorsus necessarium: quod q̃ sit iniurium, & plenum contumeliæ, nemo tam cæcus & exoculatus, qui non pulchre perspiciat. Quippe quos robusto ac vegeto corpore frequentes videmus, neq; literas vllas agnoscunt, neq; sapientum comites, aut eruditorum conuictores habentur: ex quibus

Hercules filios obtrũcauit

Temerarium est naturam accusasse

Robusti escarias leges non obseruant

quibus tam præstabiles præceptiunculas pertimentur,& ex quorum decretis,quid fugiendum,quid sequendum,quid salutare,quid noxium auidi condiscant. Imo si quis annales,& priscarum rerum historias diligenter excutiat,viros principes comperiet,in quorum regnis non solū medici,sed magno numero cæterarum quoq; disciplinarū professores perstreperent,illos tamen generosa mente contempsisse. Tyberius toto pene principatus tempore prospera valetudine,ac prope illæsa vsus est,quis a trigesimo ætatis anno eam suo solius arbitratu rexerit. Prosperrima quoq; Flauius Vespasianus viguit,ad quam tuēdam & si nihil amplius,quam membra sibimet ad numerum defricaret,& inediā vnius diei per singulos menses interponeret. Aurelianus cum ægrotaret,sine cuiuspiam adminiculo consilioue,sola temperantia ac restricta edūdi voluptate ipse se persanabat. Populus Romamanus nunquā in accipiendis artibus lentus,medicinę quoq; cupidus erat,donec(quod Plinius ait)expertā damnaret ductiles naturæ ipsius impulsu studiose obseruabant,ad quę consectanda appetitus illiceret. Ab ipsis porro primordiis,& nascentis animalculi rudimentis induntur prolectilia,facultates,potentiæ,quibus iam natum,ac veluti manu fingētis opificis emancipatū concupiscit,trahit,cōcoquit alimenta commoda,& refugit mirifico ingenio aduersa,atq; inimica,etiam prius quā vllū hostilitatis periculū fecerit. Ante illati vulneris offensionem scorpiū cauet,ante lanienam conspectus lupus pauori est,& hanc viam gradiens ab exortu grandescit,roboratur,assurgit in plenam & absolutā magnitudinem pro modo ac ratione suę temperaturæ. Cæterū quos ingens tenet anxietas,& irrequieta solicitudo constringit,non confidentes parentis naturæ instinctibus,plane errant,ac delirant in ambiguo semper hærentes:quid edendum,quid bibendū,& quantū,& quando,nec de reliquis alendę vitę necessariis cōfirmatiores. Cōmenta sunt isthęc ociosorū hominū,& imperia studentium funestare dulcem modulū suauiter degentium. Lycurgi legū vna fuit,scriptis legibus nō vti sic nec cerebrosi arbitrio,sed ritu patrio victitare prestat. Q̄d si qs attollat oculos,eosq; mihi cōiciat in trutinatores istos & expēsores eduliorū,errorē ipsum clarius luce ridiculum

Principes sine medicorum opera sani viuebant.

Pop.Ro.medicinam damnauit.

Quodq; animal naturę instinctu ducitur

Lycurgi lex

Qui ex præſti tuto viuũt ſe ſe produnt.

deprehendet. Nullo velo ſuam ſtultitiam obtegere poſſunt palam inſaniunt: & conſpicuis indicijs phanaticum furorē produnt. Vultu enim incedunt lurido, macilento, triſti, oculis cauis, genis fugientibus, labijs decoloribus, cõtractis ſcapulis, frigido & anhelitu ſpiritu, lento gradu, membris vacillantibus, animo dubio, meticuloſo, perturbato, ſomnum quoq; dormiunt implacidum, & inutiles prorſus ſunt ad vllas reipublicæ functiones. Tam eſt inconfutabilis huius ſermonis veritas, tam potens atq; efficax huius orationis integritas: quæ Alexandrum Trallianum ex pęonia familia nõ obſcurum ſubiecta fateri adegerit. Qui victum tenuẽ, & exquiſitum vſurpant, promptiſſime cadunt in deſipientiam, & melancholiam. Plutarchum quoq; teſtem haud ignobilem laudabo, cuius verba ſunt hæc: Exacta, & vehementer ad vnguem (vt dici ſolet) obſeruata vitæ ratio, ſimul & corpus formidoloſum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit vigorem & alacritatem, dum omnia negocia refugit, dumq; nõ audet in voluptatibus, nec in laboribus verſari, dum omnem rerum adminiſtrationem ſuſpectam habet, neque quicquam confidẽter & intrepide aggreditur. Quod ſi qui ſunt, quos præmeditato victu in multos annos vixiſſe literæ prædicant, plures ſi iuſto calculo expendas: occubuiſſe comperies, qui ſi ſolius naturæ inſtinctu ſe cibaſſent, Neſtoream fortaſſis ætatem æquaſſent.

Diagoræ reſponſum

Diagoras atheos (& ſi ſententiam execramur, tamen in præſens ſymbolum collata conducit) cum in Samothraciam veniſſet, atque ei quidam amicus. Tu qui deos putas humana negligere, nonne animaduertis ex tot tabulis depictis, quam multi votis vim tempeſtatis effugerint, in portũq; ſalui peruenerint? Ita fit inquit, illi enim nuſquam picti ſunt, qui naufragium fecerunt, & in mari perierunt.

Protheus multiformis

Vt Protheus miro artificio in omnes ſeſe formas vertebat, neq; vllam habebat certam, propriamue. Sic nec ſtatis legibus, nec immutabilis vitæ generi quiſquam temere ſe alliget. Quippe ij ex quantalibet commotione magno diſcrimini ſubiacent: Vario quidẽ modo & incohibito cultu degentes, ſi quid præter expectationem incidat, citra grauem iacturam facile tolerant. In agro conuenit ſæpius eſſe, in vrbe quoq; non rarenter. Sic, quando venatus ad laborem pertrahat,

trahat,suum rursus quieti tempusculū succidatur. Nō vnus continuo famem cibus,nec vnus sitim restingat potus. Corporis membra cum heterogenea sint,neq; eandem temperaturam perpetuo asseruent, haud ex vsu cuiq̃ fuerit indistinctas epulationis normulas tenuisse. Pro inęqualitate eorum quę in nostra potestate nō cōsistunt,etiā id si magnopere cupias:nō licet,ad cōcisę regulę dimēsum dietę ratiōnē habuisse. Nemo profecto tanta prudētia pręditus viget,tā est eruditus insigniter,q queat pręstare,quātauis dexteritate polleat, quę sui ipsius habitus flagitat inculpata. Cęterum natura incogitabili cōsilio pollet,ac suas functiones irreprehensibiles implet,doctorē enim sortita Deū frustrari nequit. Hic solus qualitates, nūeros, & rei cuiusq; vincula exacte pnouit, quā suā notitiā benignitate multa in principio naturę indidit, vt ipsa discretiōis sciens bonū arriperet, malūq; declinaret. Aut ea potius sapiētia architectus vniuersum fabricauit,vt diuersę atq; multiplices forēt rerū formę,nec assimili facie cūcta cōstarent,sed innumerę essent species, quarū quęlibet plura cōplecteretur indiuidua, quibus vti belli dux militibus idē oībus stratagema insinuat,sic tacito afflatu agnitionē & facultatē suis quæq; species infundit, auspicio quidē, ac remigio opificis Dei ad ea cōsectāda,quę cōmodo & auersanda, quæ incōmodo futura sunt. Cuius euidentiorē fidē si quis expostulat:& experimentū q̃rat incōfutabile, is se cōuertat, suosq; oculos cōijciat in vitā animę consortiū, & rē tā luculentā coperiet, vt nullū calūniæ locū superesse videat. Pabulū aliud alijs,neq; idē cunctis decretū conspicimus. Inter animantia sunt,quę carnibus vescunt,quę piscibus,quę herbis,fruge,seminibus,frōdibus, baccis, radicibus,truncis, vermiculis. Et chameleō hiātesp ore,nō alio cibo aut potu alit,q̃ inspiratiōe circūfusi aeris, Carniuoris aīalib9 dētes acutos natura dedit, quibus oīno opus est ad talis alimēti macerationē. Quæ vero dētibus armata nō sunt, plurib9 cōceptaculis & distinctis cellulis egebant ad probā confectionē. Nimirū in ijs cibus ori primū immissus, nullos offendit dētes, q̃rū officio ac munere belle satis subigat, quod incōmodum nūerus vētriū explet, dū alius ab alio perficiendū excipit. Primus q̃dē incōfectū,secūdus alioquousq; concoctū, tertius plenius, quartus nihil

Membra corporis heterogenea sunt.

Author naturæ Deus

Cuicunq; animanti suū pabulum constituit Deus.

Chameleon aëre alitur

Quibusdam plures vētres.

nihil transmutandum relinquit, sed in eam qualitatē exacte conformat, quę aptissima sit nutritioni. Nomina ipsis receptaculis indita dicuntur, venter, reticulū, omasum, abomasum & hæc pręter adiecta est industria ad inuestigandum cibum. Quis non admiretur ac veluti obstupescat attonitus inelo-quibilem naturę curam, solicitudinem, prouidentiā, quibus sua tuetur opificia, & studet ab insidijs, periculosisq́ iniurijs communita restitisse. Quippe quę non satis habuit idoneū, & cuiq́ congruens prospexisse alimentū, & huic conficiēdo propicia viscera addidisse, nisi aptum quoq́ infudisset ingenium ad venatū, ad prædam, ad mirificam eorū rapinam, quibus ad nutrituram indigent. Elephantus excelsiores palmas aduersa frōte prosternit, atq́ iacētiū fructus arrodit. Aethiopia dracones gignit, quos inter se quaternos aut quinos cratium modo implexos erectis capitibus velificantes narrant & ad Arabiæ pascua fluctibus vehi. Hiena vomitionem hominis imitatur ad illiciendos canes, quos deuoret, humanū quoq́ sermonem assimilat, & nomen alicuius sonat, quod inter pastorum stabula sępius auditum didicit, & euocatū dilacerat. Armenta aiunt odore ac contēplatione Pantheræ vehementer affici, atq́ vbi eam persentiscunt, properato cōuenire, nec terreri: nisi sola oris toruitate, quod cum ipsum animans (non ex scholicis argumentis, sed interno moderantis naturæ affatu) intelligat, confestim caput condit, & quæ corporis reliqua sunt, aspectanda præbet, quo pecuarios greges secura vastatione, stupidos in obtutu populetur. Quis feles non vidit, quā silentes, lenibusq́ vestigijs adreptātes auibus insidientur, quā occulto speculatu derepente in musculos insiliant. Cerui, cum dentes præ senecta decidui labūtur, serpentes cauernarum latebris spiritu narium extrahūt. Q̄d si horū satietas te non capit, & absit metus, ne soli facem admouisse dicar, breuis formicæ ingentem vim, & exosculandā solertiā dictis subiungam. Hæc in æstate, & cum temporis opportunitas id exigit, sparsam frugē colligit, & eam qua parte germinat, protinus obmordet, ne rursus in fruticem erūpat, conditq́ in alimoniam futuram, quando ob hyemis asperitatem non licebit quoquam prorepere, Vergilius ait:

Vt Apes.

Nomīa diuersis ventriculis indita.

Elephanti industria

Aethiopię dracones

Hiena

Panthera

Felium prædatio

Cerui

Formicę astutia

Quæ patriam solæ, & certos nouere penates:
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Araneus quanto miraculo de suo ipsius corpusculo telam texit, tam moderato vngue, tam tereti filo, tam eximio læuore, vt oculos nostros stupendũ artificium persæpe remoretur. Hanc ab arboribus suspendit, idq; laxiore sinu ad non respuenda, quæ veniant. Cum vero captura incidit, q̃ vigilãs & accinctus ad cursum? & si extrema hæreat plaga, mox prędam quãta sedulitate implicat, obuoluit, alligat: ne extricata auolet? connascitur hæc ars, nec vlla in officina discitur. Herinacei supra poma humi iacentia sese sternunt, & affixa spinis, vnum non amplius ore tenẽtes asportant in cauas arbores. Hic sermonis volubilitas admonet, ac poscit orationis excursus, vt paucis aperiam. Vnde animantes aduersantia quoq; declinasse sciant. Imo suum quæq; hostem peculiari quadam notitia discernat. Naturæ benignitas est, & inexplicabilis sapientia, non solũ indidisse rerum, quæ seruare queant bonum habitum, sed & earum cognitionem, quæ bene constituta temerare possunt. Occulta profecto est ratio, & nulli quantolibet ingenio polleat, exposita: Quare in hoc certum, & non in aliud irritato appetitu procliues ferantur. Nec minus obscura, & inconsequibilis latet, quare nõ ęque omnibus omnes mutua amicitia cõgruant, sed eas inter multiplex simultas ferueat, & de vita atrox dimicatio. Neq; id casu fieri existimandũ est, quia nec alia timent, impetuntue q̃ debent, neq; vnquã obliuiscuntur, & ante acceptam iniuriam cur sit trepidandum intelligunt: & per cuncta cauent præmeditato studio. Vrsus aperto marte Taurum aggreditur, mox gliscente pugna resupinum se proijcit, dũq; Taurus ferire conatur, ipse suis brachijs cornua protinus amplectitur, & ore grauem morsum, armis defigit, p̃ternitq; aduersarium. Elephanto cum dracone pugna est, hic ad pabula speculatus iter, ab excelsa se arbore inijcit, ille imparem sibi luctatum contra nexus scit, itaq; arborum aut rupium attritũ quæritat. Tigris cæteris etiam feris truculenta homine viso, statim catulos transfert. Melibus in metu solertia est, sufflatæ cutis distentu ictus hominum, morsusq; canum frustrari.

Araneus

Herinaceus

Animantes aduersantia declinant

Vrsi cum tauro pugna est.

Elephanti cũ dracone p̃liũ.

Tigris

Quale Melibus ingeniũ

Ouis
Fibri Pōtici

Ouis conspecto lupo celeri fuga saluti consulit. Pontici Fi-
bri vrgente periculo, genitales partes sibijpsi amputant, ob
has se peti non ignari, Lucretius ait:

Leones metu
unt Gallos.

Quinetiam Gallum nocte explaudentibus alis
Aurora clarum consuetum voce vocare,
Hunc nequeunt rapidi contra constare leones
Inq; tueri, ita continuo meminere fugari
Nimirum, quia sunt Gallorum in corpore quædam
Semina, quæ cum sint oculis immissa leonum
Pupillas interfodiunt, acremq; dolorem
Præbent, vt nequeant contra durare feroces.

Si per incuriam præterea, aut illatam vim, seu alicunde vul-

Acceptū ma-
lum animan-
tes depulsant.

nus iam hæserit, aut dolore alio, morbive genere torqueatur
eiusdem numinis impulsu probe callent, quo remedio infe-
stum malum depulsent. Vrsi cum mandragoras degustaue-
runt, formicas lambunt. Eos quoq; Plinius ait, circiter qua-
draginta dies hybernis mensibus latere, & per id tempus ni
hil edere, qua inedia intestinum ita conniuet, vt adductū pro
pemodum agglutinetur, itaq; latebrā egressos, primum her-
bam aron mandere, vt intestinum ipsum laxetur. Cerui di-

Cerui nō egēt
medico

ctami pastu acceptas in venatu sagittas excutiunt: a Phalan-
gio percussi, cancros edēdo sibi medētur, venenatis pabulis
herba Cynare resistunt. Ceruæ ante partum seseli purgantur

Panthera ole-
to gaudet

faciliore ita vtētes vtero, a partu herbam habent Aron. Pan-
thera cum venenum ab angore Pardalianches, dictum ede-
rit, humana excrementa quærit, quibus iuuatur. Eorum &
alias tam auida, vt a pastoribus ex industria in aliquo vase sus
pensa altius, ꝙ saltu cōtingere queat, iaculando ea crebriusq;

Apri

petendo defigi, & postremo expirare narratur. Apri in mor

Draco.
Canes

bis edera leuantur, & cancros maxime mari eiectos vescēdo
Draco vernam nauseam, aut per vsum pomorum contractā
syluestris lactucæ succo submouet. Canes cum lumbricis in-

Vulpes
Anguis

festantur: herbam tritici comedunt. Vulpes laricis arboris
lachryma seipsam curat. Anguis hyberno situ mēbrana cor-
poris obducta, fœniculi succo impedimentū illud exuit, niti

Hippopota-
mus

diusq; vernat. Hippopotamꝰ assidua satietate obesus; ꝓserpit
in littus, recentes arundinū cęsuras perspeculatus, vbi acutissi
mum videt stipitē, se immittit, atq; ita sanguinis profluuio,

exundans

exundantiæq; medetur, & plagam rursus obducit limo. Caper suffusos oculos rubi, Capra iunci puncto exonerat. Satis hæc, atq; abunde satis existimari poterant, ad euidẽtem eius ostensionẽ. Quod in tuendis suis opificijs aliena opera non indigeat natura, sed quia tantum verborum de terrestribus effuderim, par est, de æthereis quoq; dissertem, & non negatas his ad alacrioris vitæ tutelam facultates demonstrẽ. Suũ cuique auium pabulum constitutum esse nemo ambigit. Aliæ enim a terra, aliæ a fluuijs, aliæ a lacu, aliæ a mari victum petunt. Quibus vngues adunci sunt, carnem vorant, nonnullæ vermiculos, multæ fruges, haud paucæ fructus, plures herbas & semina, aliæ pisciculos sectantur & conchas, neq; desunt, quas omniuoras dicas: vbique omnibus citra arationem ac sementem paratus est cibus. Verum ad hunc commode conficiendum, oris officio cum careant, neq; ad debitam molituram ac subactionem dẽtibus instructę sunt, ne vllus iustæ querimoniæ locus relinqueretur, hac de causa eam partem, qua pabulum recipiunt, varie habent. Aut enim ante suum ventrem obtinent, quam ingluuiem appellant, aut patentiorem gulam, aut ipsius partem aliquam sinuosam, aut prominentem stomachum, aut hunc ipsum firmum validum, carnosum. Bonis vẽtris viribus detrimentũ pensari potest, quod incõmoditas oris apportat. Neq; prorsus contẽnendum, & leue in his rostri ministeriũ ducat. Nõ est de nihilo, q multiplex & ĩ varias formas sparsũ fiet. Adũcũ sortitę sunt victitãtes carne, quale cũ ad retinendũ, tũ ad inferẽdã vĩ apti⁹ incũbit. Gñi autẽ roborisęco datũ est p̃durũ minutioribus lautũ ad fructus terrę colligẽdos, & depopulãdas bestiolas idoneũ. Quę herbas esitãt, quęq; ad paludes degunt, partim lati⁹, partim serratũ, aut alio quodã modo ad p̃sentẽ vtilitatẽ fabrefactũ nactę cernunt. Iã si qs orõne cõplecti velit quã ĩdustria, solertia, dolis, thecnis sibi parẽt, qđ edãt, multis præterea clepsydris opus erit. Caprimulgus mõtana auis, paulo maior quã merula, & cuculo minor, pastorꝝ cubationes acri speculatu obseruat, & in Caprarum stabula ex insidijs aduolitãs, mox se vberib⁹ nutricularꝝ inijcit, & lac ipsũ furtiuo suctu depascit. In aglis est anataria, hæc testitudines venat, quas e sublimi in saxa iaciẽdo quassatas dissilire cogit,

Caper
Capra

Auibus suũ est alimentũ

Diuersa auibus instrumẽta ad concoctionem.

Quare auib⁹ multiplex rostrum

Caprimulg⁹

Anataria

Halietus
Picus Marti⁹
Trochilus
Aues hostilia declinant
Columbæ
Noctuæ
Perdix
Aues morbis suis medẽtur
Corax
Aquaticæ aues

& deuorat, quod intra esculẽtum latebat. Halietus cõspecto in mari pisce, præceps in eum proruit, ac pectore discussis aquis inuncat. Picus martius amygdalum hiantis ligni rimulæ inserit, vt fixum minus cedat, & constanter excipiat ictũ, quod bis, terq; ferientis rostelli incubitu pertundit, & nucleum in escam eximit. Trochilus auis saturum Crocodilũ obseruat, quem cum distento ore humi cubantem, & pręsatietate anhelum comperit, continuo in patentes buccas prouolat, & leni scalptu ac clementi morsiuncula animantis dentes depurgat, eoque munere cibat se. Nuncq̃ admirando ingenio valeant, & sagaces sint in declinandis aduersis, & eorum fuga, quæ vel aperto marte in ipsas violenter grassantur, aut ex occulto exitium nequiter intentant, non erit promptius intelligere, q̃ huius facinoris vnum, alterumue exemplum si subiecero. Columbas narrant accipitrum quodq; genus distinctum cognoscere, etenim ales hæc vehementer illis ad escam insidiatur. Itaq; cum accipiter obuolitat, si sublimipeta est, & altius se attollit, manent columbæ quo loco constiterint: si humipeta nec excelsius se proripiat: non morantur, sed continuo deuolitant. Noctuas quoque perpensum est callidissime contra ingruẽtes aues pugnare, maiore enim circundatę multitudine, pedibus resupinæ obsistunt, & in arctũ sese colligentes rostro vnguibusque totę teguntur. Perdicis astutia multorum literis innotescit, ad cuius nidum prędabundus vbi quis accesserit, protinus fœta ante venantis pedes procurrit, pręgrauem atque delumbẽ se simulans, & quasi iam capi possit, fraudem struens, mox breui volatu desultat, & protinus in terram recidit, quasi aut fracta ala, aut oblęsis crustulis longius nõ queat, ita hominem ad se capiẽdam protrahit, donec a nido deuium procul abducat, & pulli aliquo nacta libertate subterfugerint, tum ipsa auolat, & cacabans reuocat sobolem. Porro in profligandis morbis, neque inertes claudicant, neque opus habent medicorum gymnasijs, vnde remedia petant ad depellendum id, quod foris intusve noxiũ adurit. Coraci cameleon tã pręsens venenũ est, ex quo si vel minimum ederit, ilico moritur, pręsidiũ habet in prõptu lauream frondẽ. Anates, anseres, ac cęterę aquaticę herba siderite fastidiũ purgant. Aquila aetitẽ lapidem

pidem vestigat, & hunc ad felicitandum partum congerit in nidum. Grues palustri iunco ingluuiem acuunt. Hirundines chelidonia vexatis pullorum oculis medentur. Ibis Aegyptia rostri aduncitate per eam partem se perluit, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. Hoc loco huius sermonis seriem abrumpere liceret, & properare ad ea quæ ex instituto explicanda desumpsimus, nisi Neptuni familia Tethyosq; domesticum agmen tacita efflagitatione interpellaret, ac deposceret: vt vno cõtextu cunctis declararẽ in aquatili cœtu non minorem reperiri industriam, sensum, & intellectum, neq; nouercã habuisse naturam. Piscibus ergo haud idem omnibus pabulũ est. Alij enim sunt carniuori, alij alga vescuntur, quidam musco, multi concha, nonnulli limo, plures stercore, nec pauci arena, & fit cum imbecilliores potentioribus in prædam cedant. Omnes ferme crebris, acutisq; dẽtibus armantur, ne si in esca permolenda traheretur mora, ea per cõtinuas illisiones subeuntis fluctus dilaberetur. Stomachum alij nullum omnino habẽt, alij breuem, alij auium modo ventriculos habent carnosos, maior numerus appendices iuxtra ventrem frequentes obtinent, vt in his quasi lacunis conditum cibũ macerent, atq; perficiant. Tam ductiles impellientis naturæ flatu, vti rarissime eos ægrotare cõtingat, certe vniuerso generi calamitatem aliquã pestilentẽ vnquã incidisse non constat: Vnde popularis sermo de eo qui recte valet profluxit: Sanior es pisce. Cæterum ad consectandos cibos neq; sunt instrenui, neq; artium earũ insciẽtes, quibus cõmode populationem agant. Rana ante oculos gemina quædam habet ceu fila, capilli speciem referentia, sed postrema rotundis quibusdam præpilantur: hæc arenosis locis aut feculentis obturbato solo se abscondens in piscationem attollit. Dũ enim pisciculi accurrunt, & capita machinamẽti pensilis pulsant, subtrahẽs ipsa fila tantisper allicit, donec eos in os suum fraude perducat. Torpedo quoq; vim suam non torpens agnoscit, abdit se in arena, & cũ pisces nullũ periculum formidantes propius adnatarunt, eos continuo qualitatis suæ participes facit, & ignauos torpidosq; reddit, ac adimit facultatem longius profugiendi. Polypus cuicunq; adhæserit saxo, illius colorem induit, quare ad se tanquam ad

Aquila
Grues.
Hirundines
Ibis
Piscibus non idem pabulũ
Pisces dentati
Sanior es pisce
Rana
Torpedo
Polypus

Sepia

saxum allabentes pisces de improuiso corripit. Sepia & suo atramento vtitur, non modo cum metuit, verum & latitandi causa cum exertis illis suis prætenturis venationem apparat. Cancrum quis non admiratur, hic ostrei carnes efflictim concupiscit, sed ob siliceã testam, qua integitur, perdifficilis est eius captura, quamobrem opportunitatem opperitur, & illud cum videt tranquillis in locis tepore se oblectare, & ad Solis radios suas illas valuulas aperuisse, tũ clanculũ iniecto calculo prohibet ac defendit, ne rursus contrahãtur, eoq; astu delicijs suis potitur, ac saturatur. Nunc logos substringam in eius cõmonstratione, q̃ multum præstent in euitandis his, quæ nocitura sæpenumero occursant, & laquei faciuntur ad capturã, si ex subiectis paucis æstimatio fiat. Mugil in obiecta esca occultatum hamum intelligit, tamen auiditati vt succurrat suæ, neq; sinat famelicas fauces præsenti bolo frustrari, cauda diuerberando excutit cibum. Pinnother exiguus cum sit, iniuriæ plurimum est obnoxius, qua de causa inanium ostrearum testis se condit, & vbi maiusculus accreuerit, in capaciores demigrat. Scolopendræ, quas Centipedes vocant, deuorato hamo omnia interanea euomunt, donec hamum egestum sentiãt, deinde resorbent fluitantia. Vulpes marinæ in simili periculo comprehensæ amplius glutiunt, & vsque ad infirma lineæ attrectant, quæ minori negocio ac facile perrodant. Glaucus auersus mordet hamos, nec deuorat, sed spoliat esca. Ex his tandem, vt semel finiam (quæ & locupletius & disertius pro dignitate dici meruerunt) si liquidissime constat, & in tuto collocatum sit, qua benignitate brutis animantibus natura sagax vitam dederit, qua prudentia suum cuiq; pabulum prospexerit, instrumenta præterea apta addiderit ad concoctionem, industriã ad venationem, sensum incumbentis mali, solertiam ad hostem frustrandum, ingenium ad depellendum morbum, vt nullo alio doctore indigeãt, nullius operã desyderẽt. Quin sibi plenissime sufficiunt, & satis valẽt tuẽdę ac propagandę vitæ. Quid existimandum erit de Homine, propter quem sacris literis contestantibus cætera existunt. An ne huic vni vniuersa hæc affatim collata fatebimur, vt naturæ ductu sibi quisq; ad vitæ cultum prudens, sapiensq; satis vigeat, & citra

Cancer

Pisces insidias fugiunt

Mugil

Pinnother.

Centipedes

Vulpes marinæ

Glaucus

coquos.

coquos, medicos, aliptas, alacris atq; incolumis degat. Parẽtes primi (si rem iuuat extra cõtrouersiam extulisse) solis pro lectilibus intus efferuescentis appetentiæ ad escas ferebantur. His nec Theariõ pistor delicatos pinsebat panes, nec Mithecus caupo exquisitas cõcinnabat epulas, nec Sarambus œnopola suauius parabat vinum, tamen in multos annos & in numerosa sæcula sine vllis ægrimonijs prospere valentes viuebant, quo palam inclarescit, omnisq; ad oppositam sententiam tergiuersatio excluditur. Præceptiunculæ istæ de tuenda sanitate sunt commenta parum sobria ociosorum hominum, ipsis quoq; obseruatoribus iusto vindicis Dei iudicio pestilentes ac mortiferæ. Nec vanum est populare verbum: Qui medice viuit, misere viuit.

Primi parentes solius naturæ auspicio ducebantur.

Præcepta tuẽdæ valetudinis sunt somnia ociosorũ

Viden ęquissime lector (candorem tuum appello) q̃ pulchre mecum agatur, & q̃ præclare exceptus sim de prima rudis tituli inspectatione? Quanta quęso lapidatione frõs ipsa operis impetitur? q̃ indignis modis in ipso gliscentis telæ exordio flagellamur? Imo dum meditamur exordiri. Meliores aues sperabamus ex argumento tam plausibili, pellacem credidimus inscriptionem. An aliud quicquam in mentem venisse debuit, q̃ vt hic labor acceptus esset mortalibus, & ab ijs, obuijs vlnis susciperetur, qui immortales, quoad licet, fieri student. Liber hic in multos annos docet extendere vitam, nec in solius vitæ tutela totus est, sed & vitã quibus modis sanam tueamur, luculentissime commonstrat. Quę si negetur, non est vlla cæterarum rerum voluptas.

Argumentũ plausibile prosperas aues expectat

Non est optandum quicquam præ sospite vita,
Possidet ingentes qui bene sanus opes.

Nihil hic relictum, nihil pręteritum, nihil non excogitatum quod opusculum ipsum ab ipso fundamẽto non cõquasset, quod non temeret, non sugillet, non confodiat. Ingens pudor animum coarctat, nec abest multum, quæ sunt obiecta, instituti pœnitere cogunt. Sititulus ipse, & nascentis operis frons tanto studio oppugnatur, incessitur, proculcatur, quibus (malum) iaculis, tormẽtis, machinis corpus reliquũ adorientur. Vbi thema & eorum nuda, quæ pluribus explicanda sunt, propositio, sannis tam iniquis excipitur. Fieri non poterit, quin expansa & effusa procurrentis orationis

series

series maiori probro & vituperio exagitetur. Quæ tum indignatio, quis conflictus, quod prælium, quæ argumẽtationum in diuersa pertrahentium moles adornabitur. Vah, quę Pallas isthuc mihi in mentem misit, poterat hoc tẽpus in cõmodiorem operam distribui. Omnino est prope, neq; manum verterim, qui inchoata dispungam, calamũ abijciã, & (quod Zelandis dicitur) bipaliũ infigam aggeri, ac me subtraham infrugifero labori, quem non perterreat tam vrgens ac valida impressio. Nulla formidabilior acies, q̃ quæ iam vicisse, & iam partam sua virtute, etiam ante cõgressum, victoriam concipit. Tam est fiducia fortis, & a se veritatem stare potens persuasio, quam nulla vis queat obterere. Tam splẽdidam veritatis speciem prę se obiecta ferre videntur, vt ipse propemodum deuorato pudore tergũ vertã, & pedibus eã in contrariam sententiã: qui nec necessariam, nec expetendã artem existimem, quę de curãda valetudine præscribat. Aut ea si quo pacto admissa toleretur, non sum is, qui hãc prouinciam suscipere debeã, posteaq̃ liqueat hac de re abunde pertractatum a veteribus, cũ quibus nulla ratione cõmitti possum. Sed in prouerbio est, aut regẽ, aut fatuũ nasci oportet.

Formidabilis acies quæ certã sibi victoriam ꝓmittit

Sic niger in ripis errat cum forte Caystri
Inter Ledæos ridetur coruus olores.

Eya agedum, experiamur, & tentemus an ęquũ sit, concessisse huiusmodi aduersum nos terriculamẽtis. An operępretiũ facturi simus de formula elegãtioris vitæ cõscribentes, quãdo natura tanta sedulitate cæteris animantibus prospexerit, vt nullis præterea cõmonstratoribus indigeant. Neq; solicitudinem hanc (si penitius introspicere iuuat) his tantũ impendit, sed qua benignitate affluit, nec arboribus, nec stirpibus nec reliquis soli graminibus eã inuidit. Videre est hęc interni spiritus remigio vegetari, alijs atq; alijs aliud atq; aliud poscentibus, suũ cuiq; datum esse cœlũ, datum esse alimentum, vt pro suo genere surgat, adolescat, floreat, frõdescat, fœtificet, explicetur, luxurietur, effundatur in comas, in spicas, in surculos, roboretur & grandescat in plenam & exactã maturitatem. Theophrastus ait: Arborum, fruticum, suffruticũ herbarumq; magna nobis se differentia offert, siquidem alia viuere nequeant absq; cultura, ceu illa, quæ coli solent. Alia nullum

Arboribus et stirpibus natura bene prospexit.

nullum cultum patiuntur,sed redduntur deteriora vt a bies pinaster. Nunc sunt plantarũ quędam, quæ non nisi in aqua viuere possunt, atq; aliæ secundũ aliud genus humorũ discernuntur, vt aliæ in paludibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluuijs, quædam etiam in ipso mari nascãtur, minores in nostro, maiores vero in rubro, nõnullæ præmadidæ, ac quasi palustres omnino spectentur, vt salix, platanus. Quædam degere in aquis minime possunt, sed arida loca persequũtur. Inter eas quoq; si quis anxius disquirere velit, alias cõmunes, & quasi ancipitem vitam agentes inueniet, vt myrtũ, salicem, alnum, Alias vel ex his, quæ terrestres proculdubio sunt, mari nonnunq̃ viuentes, vt palmam, scyllam, albucum. Quis iam indignũ facinus clamitabit, neq; par esse censebit: qui multam, eamq; tristem querimoniam instituamus aduersus nouercantem naturam, si vnus homo, in cuius gratiã vniuersa prædicantur ædita, tantis beneficijs solus frustretur, & præsidio careat necessario nedum salutari ad prosperioris vitæ cultũ & in oĩbus egeat in aurẽ assusurrãte, quid, quãdo, & quantũ sit edendũ aut bibendũ. Quid homine infœlicius, si destituatur industria ad parandũ cibũ? si tam stupidus, qui nõ queat a noxio congruentem discernere? neq; intelligat, ad epulationem quando interpellet venter? aut a quota paropside satur ingluuiem substringat? si tam ignauus, vt imminens periculũ: aut si quod iam illapsum inhæsit malũ, nullo ingenio excutere calleat? Modis multis pręstitisset non genitũ hominem q̃ in hanc lucem prodijsse tam inopem & communis sensus indigum. Ergo ęquissime lector, qui meis soles fauere nugis posteaq̃ huc sermonis rotunditate delati sumus, & maiorẽ explicationem quæ dicta sunt, postulare videntur, non pigebit altius rem repetere, fusiusq; philosophari, modo tu benignis auribus excipere non recuses, neq; grauis tibi fastidiũ pariat battologia. Fateri debemus, atq; id etiam nullis cõstrictis syllogismis libenter damus: Naturam supra eloquia nostra, & nostrę mentis captũ actuosam, sagacem, prudentẽ, cuius arcana, abdita, & retrusa cõsilia nũq̃ mortaliũ quispiã eruere potuit. Inperscrutabilis est, incomprehẽsibilis est numinis huius excelsa nimis sublimitas: Venerari, admirari, suspicere magis licet, q̃ vlla ratione tam sancta mysteria assequi. Nimirum

Naturæ sagacitas ineloquibilis.

Natura est boni Dei bona voluntas

rum naturam non aliam interpretamur, quam Dei optimi maximi bonam voluntatem. Deus ipse in principio creauit cœlum & terram, creauit quicquid præter se vel sursum, vel deorsum, aut quouis loco existit. Opificis huius omnia sunt opera, & potentia manus suæ fabricauit quæcunque conspicimus, intelligimus, & quæ diuiniora corporis ac mentis aciem suffugiunt. Aristoteles in eo, quem de mundo cōscripsit: Vetus inquit, sermo est, a maioribusque proditus, vniuersa tum ex Deo, tum per Deū constituta fuisse, atque coagmentata, nullamque naturam satis instructam ad salutem esse posse, quæ citra Dei præsidium suæ ipsa demum tutelę permissa sit, Empedoclis carmen habet.

Omnia quotquot erunt, quot sunt præsentia, quotque
Orta fuere antehac, stirpes, hominesque, feræque
Inde etiam volucres, piscesque humoris alumni
Sunt figmenta Dei.

Marem ac fœminam cōdidit Deus

Creauit animalia cœli, terræ, & aquæ, nec vniusmodi omnia, sed in varias ac multiformes species distinxit, in qua distributione id illustrem & admirādam architecti sapientiā declarat, quod in vnaqualibet specie marē ac fœminam cōdiderit, quorum mutuo congressu nulla interitura sit. Imperium adiecit, vti crescerent, multiplicarentur, & socia opera assimilem sui sobolem ex sese progignerent. Pabulum præterea cuique suum, quo vitam acceptam cōmode tueatur, & par esse possit generationi, abunde præbuit. Si cuncta vnigeno alimento ali voluisset: in sua manu positum tenebat. Nunc pro definito arbitrio in discreta appetitu non ambiguo feruntur. In qua dignotione nullum aliū sequūtur ducem, quam solius Dei solam voluntatem, qui ad vtilia consectanda sensum, ad hostilia euitanda intellectū liberaliter inseuit. Hunc sensum hūc intellectū Naturā appellamus, qua quodque aīal proprias & singulares functiones perficit, & accenditur non ad quæuis, sed concessa, & qualia specificum discrimen arguūt.

Rerum diuersę sunt species

Nō vna in rebus cūctis facies elucet, nec vna species cōplectitur, quæ orbis hic tot habet vbique dispersa. Nihil fato, nihil sponte, nihil casu in hāc aurā prodijt, suū vniuersa & singula exortū fictori Deo prorsus debēt, ad cuius nutū mouetur cœlū, splēdescit ęther, profluit mare, cōsistit terra, & omnis fabrica

brica imperato respondet. Haud aliter inquit Aristoteles, in hisce agitur, q̃ belli tempore inter homines fieri cõspicamur. Namq; statim vt classicum exaudiri in exercitu cœptũ est, alios ipse videas scuta sibi aptantes, loricam alios induentes, alios ocreas, vel galeã sumere, vel baltheo se cingere festinanteis: rursus videas, qui frenatos equos admittant, alios, qui currus conscendant, qui denique tesseram per explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor ad manipulum, centurio procurrit ad centuriam, equites ad cornu, velites ad stationẽ quisq; suam, cum interim sub vno ductore, penes quẽ summa est imperij, omnia moueãtur. Eodem & nos modo censere conuenit de vniuerso, in nostris versiculis est.

Elegans comparatio Aristotelis

Mundi animus Deus est, & mens quæ cuncta gubernat,
  Et nihil est, quod non numen adesse sciat.
Hanc si destituat molem, mox corruet omnis
  Inuisumq; cahos sub loca prima redit,
Hic calor est igni, q sit, iubet, humidus aer,
  Sicca sit vt tellus, q mare frigus agat.
Hic facies cœloq; sua est, suus est decor astris,
  Ex hoc res ducit quælibet esse suum.

De rerũ principijs permulta est apud sapiẽtes dissensio. Thales Milesius ex aqua omnia dicebat esse, & in aquã vicissim redire, q genitura oĩm animantiũ humida sit, qq; stirpes oẽs humido alantur, & humoris expertia actutũ exolescãt, quin Solis syderũq; ignis aquarũ madidis expiramentis recreantur. Anaximenes aerẽ asseuerabat esse, ex quo veluti elemento cuncta constarent. Anima inquit, nostra cũ sit aer, nos cõtinet, ac tuetur, nec minus vniuersum mundũ spiritus aerẽs cõplectitur. Archelaus Atheniẽsis huic cõiunxit raritatẽ & spissitudinẽ, hęc sunt ignis & aqua. Heraclitus & Hippasus metapõtinus omnis naturę primordiũ ignem efflabãt, & in hũc ipsũ cũcta recidere. Nã primũ crassissimũ quodq; in terræ formã coijsse, qua mox ab igne soluta naturę vi aquã cõfectã, hui⁹ q̃q; suffitu aerẽ procreatũ, & rursus mundũ ac corpora reliqua in vniuersi olim conflagratione solutũiri. Magorũ sacerdotes aquã & ignem, Euripedes aerẽ & terram eãq; imbriũ cœlestiũ irrigationibus inseminatã mortaliũ fœtus effudisse sentiebat. Anaximander rerũ principiũ infinitatem

Quę philosophi sentiãt de rerũ pricipijs.

D 2 ponebat.

ponebat Pythagoras Samius numeros, eorũq; symmetrias & accõmodas proportiones, Democritus & Epicurus atomos asserebant, & hos veluti semina per inane volitãtia, quibus inter se temerario concursu conglomeratis vniuersa gignũtur, & concrescũt. Qui cũ nullam habeãt qualitatẽ, neq; cerni, nec alio sensu cõprehendi queũt, varias tamen res, quoniam ordine vario & multiformi positione concursant, conspicuas ędũt, ceu literæ quæ cũ grammaticis perpaucæ sunt, ex alia tamen atq; alia distributione copulatæ innumera verba conficiunt. Anaxagoras Clazomenius particulas inter se similes arbitrabatur vitæ & geniturae rudimenta. Cibum inquit, simplicem, & vnigenum sumimus, aquamq; synceram potamus, quo alimento capillus, vena, arteria, neruos, os, caro, & cæteræ partes nutricantur, qđ cũ sit ita, necesse est, fateamur in illo delitescere, quæ vsq̃ sunt omnia, & ex ijs paratũ cunctis augmentũ. Socrates & Plato tria principia existimabant Deum, materiam, & ideam, Empedocles Agrigentinus quatuor, & ea copulari per amicitiam, solui vero per litẽ autumabat. Hec Ouidius eleganti carmine cõplexus ait.

Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet, ex illis duo sunt onerosa, suoq;
Pondere, ad inferius tellus, atq; vnda feruntur,
Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
Alta petunt, aer, atq; aere purior ignis.

Quatuor esse rerum elementa constans opinio

Quam opinionem eualuisse supra cæteras conspicamur, vt ex quatuor istis cõstare credantur, quæcũq; corporis molem induerũt. Sed ex libramẽto facta non est partitio, in alijs enim vberiorem terræ portionem est inuenire, & in alijs maiorem aquæ, sunt quæ plurimũ ignis acceperũt, & in quibus prædominetur aer. Ex huius partitionis discrepantia consurgunt appellationes calidioris, frigidioris, humidioris, & siccioris, & temperaturæ item diuersæ, vt nulla duo eisdẽ in numeris consimilem complexionem sortiantur, sed suã quodlibet propriam pro eius principij qualitate, cuius potiorem partẽ attraxerit. Ambiguũ non est, christianam philosophiã abnuere, hæc quatuor ab æterno & semper extitisse. Iam q̃ creata sint rerũ omniũ elementa, haud quemq̃ me legisse memini, qui id sacris literis, & eloquio diuino euidenter astrueret. Moy-

Sacris literis non est euidẽs demonstratio elementorum

ret. Moyses cuius solius authoritas omnes omnium philoso phorum ratiocinationes conuellit, in principio ait: Creauit Deus cœlum & terram. Nō puto aliam terram, quā quę nūc sit, neq; spiritus Domini supra alias aquas ferebatur, q̄ nunc nobis conspicuæ sunt (de sublimibus illis nihil dico.) Ex eo coniecturam facio, haud omnino obscurā, q dominus huic terræ in principio creatæ dixerit: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignū pomiferum faciens fructū, & confestim protulit terra herbam virentē, & facientē semen iuxta genus suū: & lignū faciens fructum. Dixit præterea Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & congregationes aquarū vocauit maria, in quibus cete grandia, & omnem animam viuentem atq; motabilem creauit. Nemo quidem philosophorū fassus est vnquā, aut errore tam crasso desipuit, vt quam nunc terrā calcamus, aut quam nauigijs sulcamus aquam elementū assereret, pro qua ratione elementum describitur, prima & simplicissima pars omnis corporeæ substantiæ. Tale enim cū meditabilem magis obtineat materiam, quā ex parte aliqua sensibilem aut tractabilem, prorsus ineptum est, in quo vllum animans stabuletur. Cæterū Deus qua est ineffabili potentia & immēsa virtute nulla eguit præuia ac informi materia, ex qua hunc mūdum fabricaret. Suo solius arbitrio creauit in principio, qualem conceperat. Neq; terram prius confinxit elementū, ex qua constitueret eā, quę nunc germinat, & gignit herbā virentem. Galenus primo libro de medendi methodo Hippocratem inuexisse putat Calidū, Frigidum, Humidū, & Siccū & post eū Aristotelē euidenti ratione explicuisse. Nos Deū optimū maximum in creationis exordio sic cuncta cōdidisse & tēperasse credimus, vti nūc condita ac tēperata conspicimus. Exordiū autem creationis voco dies illos, in quibus opus suū architectus ipse confecit. Tunc astra, quam nūc lucem in hęc subiecta demittunt, nacta sunt, tūc motus incepta bant, quos nūc perpetua vertigine sequuntur, tūc potestatibus ornabantur, quibus adhuc prædita vigent, tūc quod suū cuiq; proprium, genuinū, & peculiare inhęret, de sorte trahebat. Vergilius inquit:

Terra quam calcamus nō est elementū

Deus suo solius arbitrio cūcta creauit.

Creationis exordium

Principio cœlum ac terras camposq; liquentes

Lucentemq; globum lunæ, titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet,
Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantum
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Neq; prodijt hęc vniuersi machina & rerũ corporaliũ coagmentatio ex mutuo (qđ philosophi asseuerãt) elementorũ cõcursu, sed ex pręfinito opificis Dei cõsilio. In vnoquoq; animantiũ genere mirificũ par afformauit, marẽ videlicet ac fœminã, qui per sociã operã & amicã copulationẽ progenerarẽt qua ratiõe, & quicquid vsq̃ animãtis est, finxisse dicit. Huius quoq; industrię & inęstimabili sapiẽtię imputat, q̃ alia pilis, alia corio, nõnulla plumis, quędã squamis, multa crustis, plurima cõchis obtegũtur, vti cõmodius obdurẽt aduersus vim pruinarũ, acerbitatẽ frigoris, inclementiam ęstus, & quasuis alias cœli iniurias. Nec minor prouidentia cum aut vnguis, aut cornibus, aut dentibus, aut alio id genus munimento contra fortiorum impetus tuta repugnant. Non desunt quæ tam eximia calliditate pollent, vt discretim internoscãt, qua parte potissimum adoriantur hostem, & in quem locũ dirigant ictum. Alia fugiendi pernicitate periculo sese submouent, alia declinant astu. Cæterum quibus elementis in hoc exortu, & rerum omnium nascentia vsus sit fabricator Deus inuentu difficile existimo. Creans cœlum, creans terram, creans aquam, non alia neque ex alijs aliter condidit, q̃ ipsa nunc contuemur. Tenebræ erant super faciem abyssi, dixitq; Deus: Fiat lux, & diuisit lucem a tenebris, dixit quoq; Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & fecit Deus firmamentum, reliqua quoque ad solum Dei verbum prosilierunt, Hominem ex limo terræ conflauit. Hic nulla elementa aut creata aut increata, qualia philosophi fingunt, & vocant omnium rerum principia, ac corporis cuiusque primas & simplicissimas partes, in quas suprema resolutione rursus extenuantur. Verum materia sunt non inidonea mortalibus exercendi ingenij, Siquidem sensu deficimus, neque humanum pectus tantæ intelligentiæ lucem concipit, vt tãtarum rerum explanationem digno sermone prosequamur. Cum tot, tamque multiplices ac varias & innumeras generatorum

Dei prouidẽtia incogitabilis

Elementa valent ingenio exercendo.

neratorum differentias conspicerent ij, quibus veritas nondum illuxerat, distincta quædam rerum primordia commẽtisunt, ex quorum omnimoda confusione hanc discrepantiam ratiocinarentur. Quis non admirabundus obstupescat tot & tam dissentaneas figuras, formas, species, habitus, operationes, motus, affectus, propensiones, quorum omniũ proprias & perpetuas causas viribus mẽtis suæ conati sunt eruere. Nec a studio & vestigandi labore fatigati conquieuerũt, donec sibi suauiter gratularentur id egregie præstitisse, & de inuentis non aliter triũpharent, quã olim Archimedes. Hic cum curam recepisset in se, qui Hieroni Siracuso indicaret, quantum argenti admixtum esset aureæ coronæ, quam ille dijs immortalibus votiuam consecrauerat, casu venit in balneum, & cum in solium descẽderet, animaduertit tantũ aquę extra ipsum effluere, quãtum corporis sui insideret. Cuius rei cũ rationem coniecisset, confestim præ impotenti gaudio nudus domũ versus cucurrit, exerta voce clamitans, inuenisse se quod magnopere quęsiuisset. Sic vbiq; omnia magistrorum pulpita crepant, & confessa gloriantur machinæ mũdialis rudimẽta, & vinctũ traxisse. Cur Pauus tã speciosam caudã & tã mirifice picturatã gerat, cur Gallus cristã, cur Parcus apicem, Meleagris paxillum, cur hæc, & non alia tam versicolor ales, cur Tigres, & Pantheræ tanta macularum varietate discriminentur? Nullum omnino est animantis genus, imo nec vllius animãtis tam exigua particula, quam trutinatores isti non subijciant elementorum rationi, vt quanta cuiusque existat portio in cerebro, in corde, in iecore, & in reliquis visceribus fortiter statuant. Ex quali commensione prodire dicunt, qualitates omnes, quæ nostris sensibus capiuntur, visu, tactu, gustu, olfactu, preterea formas, figuras, animas. Sed propero: Nos vnam omniũ & certã & immutabilem, primariãq; causam arbitramur ipsius opificis imperscrutabilem voluntatẽ. Qui qualitates viuentibus impartit, non complexas, seu confusaneas ex quatuor elementaribus, calido, frigido, humido, & sicco. Sed eas dedit, quas aptas & idoneas sciret ac vellet, tum ad ornatum, tum ad vitæ tutelam, in quibus ea est vis, ea facultas deprædhendit, vt ex crudo cibo sanguinem perficiant, vt alant, vt vegetent, vt recreent.

Vanum Philosophorũ studium

Omnia elemẽtis subiecta

Corporũ qualitates non ex ca. fri. hu. & sicco.

Neq;

Necq; video huius rei quare luculentius argumentum postulemus, quam q ex vniformi limo difformem hominem conflauerit, Limum iussit transire in hominem: & factus est homo. Non puto, limũ resoluerit in elementa, & his in libella appensis ratam cuiusq; portionem sumpserit, ad alia atq; alia mẽbra fabricanda, vt plus aereę substãtię indiderit molliori- bus, & plus terrę firmioribus. Fortassis in quẽ modũ ineffabili potentia in suũ ipsius corpus transmutat & trãsfert altaris panem, ita transtulit & cõformauit in hominẽ terrę limũ. In hac tamen transitione ac metamorphosi quæ vocãtur accidentia seu concomitantia prorsus exolescunt, in illa quidẽ manent permulta, vt quę vllo cũq; sensu discerni queãt. Vxorem Loth, quia retrospexerat: in salis statuã legimus conuersam. Virgam item Moysis in colubrũ, Aquã in sanguinem Puluerem in muscas, Aquam in vinũ. An in his cõmutandis clarus ille pręstigiator (absit vocabulo inuidia) veterem materiã aboleuerit, & nouam ex somniatis elementis ad virtutis suę ostensionem cõpilauerit. Diximus, imbecillitas ingenij nostri tã eximia huius prępotentis architecti opera non assequitur. Et quia lucis ac scientię auidissimi sumus, tenebras quoq; & ignorationem auersamur, ita fit quando in euidentiores ac probabiliores causas hęc reiecisse nõ licet, quatuor elementa cõminiscimur: ex quibus non in vnũ modum copulatis omnis discrepantia dijudicetur. Quę tã belle phalerata proponuntur, vt aut vera, aut consentanea veris censeantur. Nec quisquã hęc eo consilio a me dissertaarbitretur, qui velim ferox & refractarius cũ quoquã aliud hac de re contendere, quã pręstabiles religionis nostrę antistites asseuerandũ putent. Quin nos vbi poposcerit vsus, trita & populari gradiemur via, tantũ abest, vt receptis dogmatibus refragari liceat. Nec tam rudẽ philosophicę palęstrę me quis existimet (etsi ille petulantis iuuentę feruor iampridem refrixerit) qui sim insciẽs, quibus technis effici queat: vt hęc euersa pulchre appareant. Nemo Deum omniũ authorem negauit vnquã, siue elemẽta in corporis molem adaptauerit, eorumq; qualitates confuderit, in quã appellãt cõplexionem, siue suã cuiq; substantiã & formã finxerit sine illorũ coniugatione. Vniuersa & singula quicquid obtinent, vni Deo prorsus omnia debent.

Lepida cõparatio de pane sacrosancto

Homo sciẽtię auidissim' est

Omnium author Deus

bent. Cuius instinctu animantia consectantur commoda, & deuitant noxia, vti in commonstrandis his nullo preter eum duce indigeant. Neq; ab hac sorte, & extra hanc beneficiorũ collationem Hominem secludimus, quasi huius solius non meminerit munificus Deus, & huic vni inuiderit fauorẽ, gratiam, & benignitatem suam, qui ceteris fuit de inexhausto copiæ cornu liberalissimus Platonis fabulã ex Protagora laudare prestat. Olim, inquit, quando q; dij erãt, nulla vero mortalium genera, sed cũ generationis fatale tempus venisset, ea dij in terræ visceribus ex igni, terraq; finxerunt, interuenientibus ijs, que igni terreq; miscentur. Cũ vero educere illa in lucẽ vellent Prometheo Epimetheoq; mandarũt, vt cõpetentibus viribus singula cõmunirent, Prometheũ itaq; rogauit Epimetheus, vt distributionis ipsius officium sibi cõcederet dispartientemq; consideraret. Consensit Prometheus, distribuit ille. Quibusdã robur absq; celeritate indidit, quædã imbecilliora velocitate donauit, armauit nõnulla, inermibus autem aliud quoddã machinamẽtum excogitauit. Quæ enim exiguo corpore clauserat, partim per aerem pẽnis attolli, partim per terram subrepere iussit. Que vero in ampliorem molem extraxerat, ea ipsa mole ad salutẽ suã muniuit, similiterq; in ceteris exequens dispartijt singula, postquã ita ipsa instruxerat, vt voraginem mutuã deuitarẽt excogitare iã cepit qua ratione, quã facillime sub diuo agere vitam possent. Vestiuit itaq; illa fortissimis pilis, setisq;, pellibusq; durissimis, quibus facile tũ hyemis, tũ estus intemperiẽ tolerarẽt, & naturalia ijs illis stramẽta cubiliaque ex eisdẽ rebus parauit, pedibus soleas addidit, vngulas, setas, callũ: pelles item quã durissimas. Deinde alimẽta alijs alia suppeditauit, quibusdã ex terra herbas, nõnullis ex arboribus poma, baccasque, radices alijs, nec defuerunt quibus daret ex alterna voragine victũ. Ceterum voracibus animalibus genus quodammodo sterile, alijs aũt fœcundũ dedit, vt hoc modo genus cõseruaretur. Cũ vero nõ esset admodum sapiẽs Epimetheus dotes omnes inscius effudit in bruta, neq; aduertit nihil ex tanta sibi largitione superfore, quo genus nostrũ deinde donaret: restitit ergo genus nostrũ immune: Vnde quo se ꝯteret ambigebat. Dubitãti Prometheus astitit partitionis illius cõsiderator, viditq;

Platonis fabula

E cætera

cætera animala suis suffulta muneribus, bonisq; referta, Hominem aũt inermem, nudũ, calceorum, stramentorũ indigũ Etiam imminebat fatalis dies, qui in lucem e terra exire cogebat, cum aliam salutis humanæ viam consultans Prometheus non inueniret, surripuit artificiosam Vulcani Mineruęq; cum igne pariter sapientiam. Neq; enim fieri poterat, vt eam sine igne nancisceretur quis, vel etiam vteretur. Eam itaq; sic hominum generi Prometheus est elargitus, atque ita sapientiam, quæ victum suppeditat, consequuti sumus. Nũc extra fabulã, atque id paucis, & sermone substricto. Legem cũctis animãtibus, & homini prescripsit Deus, pro qua incolumes queant viuere, & ex delectu salutaribus pabulis frui, a noxijs temperare, ab aduersantibus cauere, infesta excutere & dulcem omnino, suauemque vitam præter alterius cuiuspiam tesmothetæ suggestionem agere. Quam legem nõ in tabulis exaratam tradidit, sed indidit, atque infudit animanti Nec cunctis vnam, verum disparem & distinctam pro multiplici specierum discrepantia, hanc

Deus cũctis legem præscripsit

Naturam appellare licet, quæ peruigil intus
Excubat, & tacito quæ sunt fugienda susurro
Quæq; iuuent admissa, docet.

Huius tamen consilijs & salutaribus monitis obaudisse contingit, & accidit nonnunq̃, vt inexpectata in nostram valetudinem irruant. Quippe qui neque immortales, neq; impatibiles sumus, innumeris morbis & calamitatibus obnoxij subijcimur. Quare & a feris, & gladijs, ab aere, aqua, igne ab ingluuie, fame, siti, egestate, penuria, & causis alijs sexcentis concutimur, & omnis illa humanæ coagmentationis harmonia, pariterque symmetria turpiter labefactantur. Ex hoc euentu reperta Medicina, & quæsitus opitulator, qui excogitato aliquo, seu arte, prudẽtia ve, qđ iã cõuulsum esset, ac temeratum belle restauraret. Et primum sibi quisque quo valebat ingenio succurrebat, & si quod præsens in propulsandis malis adminiculum cõperisset, in simili casu ad id rursus anhelus confugiebat. Deinde alijs vel minus sagacibus, vel præ cruciatu & conflictatione minus sibi constantibus ex facto periculo ferebat opem. Tandẽ inaucta huiusmodi subsidia membranis excipere consilium fuit, sæpiusque in xeno-

Medicinæ inuentio.

dochijs

dochijs ac publicis ægrotantium domicilijs ascribere,& qui horum plurima haberet in prōptu Medicus dicebatur. Hippocratem narrat Varro ex phano Aesculapij, quod celebre nosocomium patebat, permulta medicamentorum capita in compendium collegisse, & conflagrata æde medicinam promulgasse, quæ Clinice vocatur. Hanc porro in homine medicandi industriam,& in eximendis, quæ corpori infesta insident,dexteritatem, ipsa etiam bruta non ignorant, quín ab hoc implorandum auxilium intelligunt,si quando aut dolore cruciantur,aut anguore aliquo cōtabescunt. Huius rei ex Appione Grammatico euidens testimonium narratur. Profugus seruus metu latitabat in spelunca, ad quam forte Leo gemebundus diuertit,hic cōspecto homine statim procubuit,& adulantis similis quid deposcere videbatur, ille attonitus pauore,cū nō esset fugæ locus, animaduertit in pede eius tumorem,vulnusq́;,audentior factus, extracto surculo cruciatu liberauit. Tandē cum relicto specu vagari cœpisset in potestatem domini incidit,& ad bestias damnatur miser. Stetit in cauea crudele spectaculū exhibiturus populo,forte fortuna captus fuerat Leo,cui vulnus consanauerat, is in caueam immissus primum horrendo strepitu terribilis in hominem grassabatur,& mox feritate restricta (dictu mirum) quasi noscitans restitabat,& medico suo blandiri cœpit. Seruus præstiti olim beneficij commodū reminiscens cōfirmato animo securus astabat. Populo nouitate rei supra modum attonito,rogatus seruus quid esset mōstri,quę acciderāt,profatus est. Dominus inuisum miraculū obstupescēs, idq́; populo efflagitante,fugitiuū nō vita tantū, verumetiā libertate donauit,cui cum non esset,vnde viueret,populus stipem cōtulit,& molli funiculo in Leonis collum iniecto, nō aliter q̃ placidum ac familiarem canem per totam vrbem circūducebat, acclamante multitudine: Ecce homo medicus Leonis, ecce Leo seruator hominis. De Panthera non est digna minus,quæ conscribatur historia,quam in media via iacuisse,ait Plinius, Hominis desiderio, & repente apparuisse patri cuiusdam Philinis sapientiæ assectatoris, illum pauore cœpisse regredi, feram vero circumuolutari haud dubie blandientem, sese conflictantem mœrore, qui etiam in

Bruta hominem medicū agnoscunt

Serui & Leonis historia

Panthera

Panthera intelligi poterat. Fœta erat catulis in foueam procul delapsis. Primũ ergo mirationi fuit nõ expauescere, proximum ei curam intẽdere, secutusq; qua trahebat vestem vnguium leni iniectu, vt causam doloris intellexit, simulq; salutis suæ mercedem, exemit catulos, eaque cũ eis prosequente vsque extra solitudines deductus læta atq; gestiẽte: & vt facile appareret, gratiã referente. Vnde quęso bruta hęc, & atrocia animantia ad pugnas, ad prædationes, ad lanienas procliuia medicas hominis manus, & adminiculatrices cognoscunt. Nimirum occulto Naturæ intus assusurrãtis instinctu, & ad poscẽdam opem ab eo, qui præstare potest docentis. Itaque clarius luce conspicitur, medicũ esse veluti subsortitũ & qui naturę labãti, cũ se sola nequeat in vigorem asserere, diuino suo ingenio auxiliatur. Deus optimus maximus cum sua illa egregia cõdidisset opera, atq; obseruãtiore speculatu perlustrasset, suo elogio bona valde pronũciauit. Hominem hæc inter finxerat ad imaginem & similitudinem suam, qui cresceret: & inaucta sobole terram repleret: qui dominus & Imperator pręesset piscibus maris, volatilibus cœli, & bestijs vniuersæ terrę. Q2 si dominiũ, si imperium in Hominẽ transtulit, nõ est obscurum ipsis quoq; animalibus tũ ęquoreis, tũ terrestribus, ac reliquis per aera pẽnarum remigio palantibus indidisse vim, & noticiæ sensum infudisse, quo debitum famulatũ intelligant: & deferendũ homini, quod maiestatis prærogatiua deposcit, vt in aduersis & deploratis collocatum esse subsidiũ in hoc vno nõ ignorent. Naturam ergo dicimus excubitricem, cuius afflatu genus omne animãtium vitæ suæ cõgruentia sequitur, & improspera auersatur. Sed id quoq; vsuuenit, vt quanta sedulitate aduigilent, aut quanto studio præcaueant, ne vsquam decidant a recto tramite, tamen quia corpora habent multis discriminibus obnoxia contingit ægrotare nõnunq̃. In quo euentu, & interna solertia plurimum valent ad eius amolitionem, quod interitum cõminatur. Neq; iniquior est de Homine censura cui & idoneum cibum munificus opifex abunde præbuit, nec negauit industriam ad ea declinãda, quę vel aperto marte, vel ex insidijs inopinata officere possent. Id quoq; supra reliquas animantes eximiũ consequutus, vt earum omnium longe

Homo oĩm animantium dominus

Homini Deus munificus

longe sit princeps, & modis infinitis dignior, q̃ qui ex vlla parte cũ his cõponatur. Sed corpusculum sortitus fragile, & deuotum innumeris calamitatibus, nonnunquam in morbos & ęgrotationes cõcidit. Ex naturæ enim præscripto, & secundum exactissimam victus rationem perpetuũ tenuisse cursum omnino factu difficillimum est. Imo quale præstari nequeat cum ob multa, tum ob id potissimum, quia ex Protoplasti præuaricatione, currus non audit habenas. Sic subinde necessitas, aliquãdo casus, nonnunquã error, persæpe libido in trãsuersum rapiunt. Quare ne miseram & infœlicẽ vitam mortales traherẽt, qui sublimis in excelso gloriæ solio cõsidet Deus, de terra medicinam creauit, & prudens vir nõ abhorrebit eam. Cæterũ si qui alacriores victitant præter cõscriptas tuendi habitus formulas, neq; opus habẽt literis aut bene literatorum cõmonitionibus, ij proculdubio, quantũ fieri potest, obsequentes naturæ, rite dispensant, quid, & quãtum & quãdo manducandũ aut bibendũ sit, quamuis peculiares omnium vires, & singulorũ diffinitas potestates non vsq; calleant. In cõmoda quidem & salutaria incidunt ductiles interno spiritu. Neq; seueriori trutina discruciantes sese expẽdunt, nũ hoc calidius adurat, Frigidius hoc torpefaciat, humidius istud eneruet, siccius illud arefactet: Vbi immodico labore defatigati dolent, confestim in quietem sese cõponunt, ac rursus moderata cõmotione languorem depellunt. Vigilias somno temperant, exundãtiam tẽpestiua inedia vacuant, & si in quopiam quid deflexũ fuerit, in remedium adhibent contrarij excessum. Ob hanc tamẽ indoctam peritiã, & amabilem rerum in ductanda vita vsurpationẽ, nimis ridiculum cẽsemus, artem negasse. Quin istęc ipsa dignotio, & quãuis illaborata conferentiũ ab aduersantibus discretio nõ minima est medicinæ pars. Quare inficias ire non licet: Tiberius Flauius, Aurelianus medicina adiuti sunt, etiam alienam operam minus experti. Non opus habebant eos in cõsiliũ accersere, qui poterant doctrina fulti de tuẽda valetudine pręclara cõmonere, cũ sibi naturæ ope satis possent. Quẽadmodum & aliquis ex grauiori morbo pręter vlla medicorum auxilia reualescit, ita nõ est absurdum, si quis præter horum traditiones sanus vixisse cõperiatur, vtrũq; tamẽ vsum

Sunt qui sine præceptis sani viuant

Q̃ late pateat medicina

medicina, & sibi extitisse medicum nulli puto ambiguum: Hippocrates ait, mihi fieri potuisse videtur, vti hi, qui nullis medicis vterentur, in medicinam incurrerent, nō tamē, quid rectum, aut quid non rectū in ea inesset viderent. Nam omnino necesse est languentes, qui medicis vsi non sunt, sese sanatos aliqua re scire, & fateri quid vel faciēdo, vel non faciēdo, nam aut inedia vsi sunt, aut satietate, vel plurimo potu, vel siti, vel balneis, vel illuuie, vel laboribus, vel quiete, vel somno, vel vigilijs, vel omniū horū perturbatione & permistione, & quid plurimū iuuerit, aut nocuerit, necesse est eos scire q̄q nō definite cognoscāt, quę lędāt, aut quę iuuēt. Porro qui medicos consulunt, atq; ijs diligēter auscultāt, quibus Deus (penes quē omnis est lux, sciētia, veritas) de suo dedit, vti nō solū sibi, sed & alijs queāt opitulari, tā sunt ab errore procul, q̄ qui proprijs viribus nō satis aut prorsus nihil fidūt, in cōmodum subsidiū potētiores aduocāt. Vespasianus cū tā temere pestilentia Romę grassaretur, vt permultos dies in ephemeridē decem ferme mortuorū hominum milia referrētur, medendę valetudini, leniēdisq; morbis nullā diuinā, humanāq; opem non adhibuit, inquisito omniū sacrificiorū, remediorumq; genere. Neq; id ignominiæ vortēdum, aut contumeliosum ducitur, si vel ipsos medicos sanitate non admodum prospera valere contingat, nec illos etiam, qui ex horū tabulis vitā instituūt, perpetuo incolumes. Vt enim non semper tolli queunt, quę illapsa bonum habitum violant, sic præstari non potest, ne vllo incōmodo afficiatur corpus, & cōtra ingruentia inuictum perduret. Ea ratio locū prouerbio fecit: In omni copia inopiā esse. Nauis gubernator quantūuis peritus, nequit pro voto æstuantē procellosi maris irā cōponere, neq; prohibere, ne effrenes flatus irruant, non magis, quā portum vbiuis nancisci, quoties libitū sit ex alto reuehi. Imo nec illud contulerit ars, vt in periculosis angustijs depræhensus inconsternato animo necessitate defungatur. Verum hactenus ipsa iuuat, vt quanto ingenio queat, cum tempestate luctetur, donec salutis spem superesse videat. Sic medicū suā operam strenuum nauasse arbitramur, & egregie functum suo munere, si quæ sospitatrix ars pollicetur, citra fraudē poscenti præstiterit. Hanc Galenus splendido elogio nobilitauit,

Consulentes medicos prudenter faciūt.

Insignis comparatio

Galenus.

uit. Post octauum, inquit, & vigesimum annum cum persuasissem mihi esse conseruandæ sanitatis rationem quandã, præceptis eius per totam deinceps vitam parui, ita vt ne minimo morbo post laborarim, nisi forte, quæ rarius incidit, diaria febri. Qui quæso non magna illa, mirandaq; artis opera sunt, si cui nõ ab ipso ortu imbecillũ corpus fuit, hunc & ad plurimam perduxisse senectutem, & sensibus illæsis ab omni prorsus morbo, doloreq; alienum atq; integrum perpetuo seruasse. Quonam igitur pacto turpe non sit, hunc ob podagrã ab alijs gestari, aut calculo iam cruciatũ, & colo, & vlcere in vesica ex cibis mali succi contracto doloribus cõtabescere. Quomodo rursus turpe nõ sit propter articularẽ morbũ suis ipsius manibus vti non valentẽ, alienis egere, quibus ori cibos admoueat, cuiq; sedes infirma est, eo qui in deiectione sumministret. Satius enim fuerit si cui vllum omnino pectus est, sexcenties malle mori, q̃ tali vita viuere. Sed orandus in primis Deus, ne in temerarium, falsaq; scientiæ persuasione tumidum incidamus. Vt non æque cernunt Cicadæ & Accipitres, neq; similiter volant Aquila & Perdix, sic non omnes æquæ valent, qui medendi prouinciam suscipiunt. Primum ergo ingenio acri, memoriaque fideli præditum requiro, deinde ab vnguiculis versatum in literis, & ijs disciplinis, quas liberales vocant, mox a rerum naturæ contemplatione qui totum se contulit ad medicas speculationes, hoc est, qui a genere ad speciem congruente digressu descendit. Cognitio quidem speciei illustris esse non potest, vbi obscura est generis comprehensio. Plato, Aristoteles, Theophrastus ipsa principia eleganti narratione complectuntur. Hippocrates, Dioscorides, Galenus Hominem ex vniuerso, & quæ ad huius vnius tutelam pertinent, doctis commentationibus conscribunt. In publicis præterea gymnasijs qui annos plures prælegentes audierit præstabiles in arte magistros, & eorũ indiuiduus comes extiterit vicatim, domuatim, non solum in vescendis agris, sed & campis perlustrandis, in herbis, ac cæteris noscitandis, quæ ad practicum vsum in officinis necessaria conduntur. Qui non auaritia, non fastu, non libidine, non alia ingenerosæ mentis affectione turpiter ducatur. Aesculapium ferunt Apollinis filium fuisse

Institutio medici

Qui genus ignorat non nouit speciem

fuiſſe medicum præcellentem, atq; omnino diuinum, vt iā deploratos reuocaret in lucem. Sed a Ioue percuſſum fulmine conſtat, cuius rei cauſam Pindarus explicat, q́ in his exigenda artis mercedē improbus nimis, atq; violentus extiterit. Extra vrbes & vicos loris flagriſq; propulſandi ſunt, qui ſine vllis rudimentis, & propioris eruditionis adminiculo medicinam exercēt. Proſcribenda eſt eorum audacia, qui iuuenes ex vnius, alteriuſue libelli, quos nunc prela paſſim inuulgant, qualicūq; lectione tam arduam, & periculoſam curam attentāt. Si turpiſſimū exiſtimatur figulariam in ipſius vaſis iactura experiri, ſi infelix damnatur peritia, cū nauclerus crebris naufragijs nauigandi artē didicit, ſi principis prudentia nimio cōſtare putatur, qui aſſiduis prælijs ac tumultibus magiſtratum gerere cōdiſcit. An illorū nequitia toleranda cenſebitur, an nō profliganda & gladio ſcelerum vindice exterminād̄a, qui deuorato inſcitiæ pudore medicos ſeſe vēditant. Qui ſine principijs, ſine diſciplinis, aut etiam cum his vtcūq; deguſtatis iuuenes adhuc, implumes adhuc, ad volaturam nihil idonei ærūnoſas ægrotantium animas flagitioſe negociātur. Magno quidē diſcit, qui peccando diſcit, ne peccet. Platonis verba in Phędro ſubijcio: Inſanit, qui cum ex aliquo medicorum libro audiuerit quādoq; aliquid, & in medelas nōnullas inciderit, neq; artis præterea quicquam intelligat, & ſe medicū euaſiſſe putat. Scriptura & picturæ reuera perſimile quid habent. Picturæ nāq; opera tanquam viuentia extant, ſi quid vero rogaueris, verecūde admodum ſilent non aliter ſermones putabis fortaſſis, quaſi aliquid ipſos intelligentes dicere. Verum ſi ſciēdi auidus doctorum aliquid ab ijs ſciſcitaueris, idē in ijs ſemper & vnū ſignificatur, omniſq; ſermo cū ſemel ſcriptus eſt, paſſim reuoluit, ęque apud intelligētes, atq; alios, inter quos minime decet, neſcitq; dicere, quibus oportet. Iniuria vero, cōtumeliaque affectus patris ſemper eget præſidio, ipſe enim neque aduerſario repugnare, neque opē ferre ſibijpſi poteſt. Quod mihi præterea in os obijcitur, qui ad hanc operā nullis inſtructus literis deſcenderim, cum ſęculū hoc effloreat politiſſimis linguis excultum, nō me tantopere cruciat. A literata enim & diſerta oratione venari laudem nunquā inſtitui, nec ea mihi fiducia

Spurios & adulterinos medicos dānat.

Platonis ſententia

Non venatur laudē ab oratione diſerta

aut potius arrogantia a consilio fuit vnquam, quæ id instillaret, vt plausibilis sermonis lenocinio fauorem vllum emeriri possem, aut pruriente scalptu eorum ardorem lenire, qui picturatos logos, & phaleratam dictionem in primis queritãt. Quin has si quis merita ratione expendat, non minus cęcutientes comperiet, quam qui antidotum bibere recusant, nisi ex Atticæ Veneris figulina adductũ sit vas, aut in hyeme qui vestem reiectant, quæ Atticarum ouium lanam non habet. Vbi de virtute & præstantia contentio feruet, nõ ipsam speciẽ præponderamus. Nemo Nicostrato ab Hercule oriũdo, athletæ quidem maximo, sed turpissima facie homini: idcirco Milesium illi Alceum, luctatorem & ipsum in stadio prætulerit, ꝙ adolescens esset formosissimus. Galeno aliquãdo scriptus est libellus cõtra eos, qui in solœcisantes voce inuehuntur, tãtum abest vt eruditionis partem aliquam atticiscismos & mangonizatam dictionem existimarit. Quin ob hanc potissimum rationem Pamphilum posthabet cunctis, qui de re herbaria conscripserunt, ꝙ grammaticum prę se ferat. Si Erasmiana mihi eloquentia foret, quam vbiq; omnes vno ore deprędicant, huiusmodi patrocinijs nullus egerem Verum nec lectu quicquam dignũ calumniãtur isti a me cõscribi posse, etiam si vtrisq; oculis ad narrationis filum coniueant, præsertim post tot doctissimorũ procerum examina, qui hac quoq; in re, non sine magna gloria desudarũt, ad quorum ego collatus lucem, totus præ Cimerijs vmbris furuus horreo. Hic profecto medius teneor, nec qua fugiã, satis cõspicor, si non illud mihi donetur propiciũ, & temeritatẽ hãc quoquo modo obuelet. Hęc eo a me studio coacta, vt assiduis amicorum votis aliquando respõderem, qui improbuli flagitatores nunq̃ non exhortantur, & quasi saluo pudore refragari non liceat, pensum aliquod literarium exigũt. Iã (quia nihil agendo, homines male agere discũt) succisiuas horas, ferijsq; occupationibus vacuas in id operis lubens colloco, cuius pœnitentia comes non est, imo dulci cum fœnore laborem compensat. In re rustica præcepto cauetur, quo tẽpore per tempestatem minus licet in agro quicquam cõficere, a villico, familiaq; id domi paretur ac fiat, quod sereno cœlo sine iactura vtilioris operæ tractari non possit. Ita defunctus pa-

Erasmus eloquens.

Hæc author conscribens amicis studuit

Precẽptũ rei rusticæ.

ctus procacioribus auocamentis, qđ temporis reliquum si-
ne vlla fruge effluxisset, in id cōtuli, cuius rationem quoq;
habuisse, sua laude nō frustratur. Nimirum eorum cōmenta
rios, qui in hac arena versati sunt (vti Canis lacæna) perscru-
Comparatio tans excutiebam. Sed vt ciuiliter non agit, qui ignem a vici-
no petit, & illic luculento reperto foco lōgius desidet, neque
curat, vti domi suo fruatur igni. Et nequam patremfamilias
antiqui putauerunt eum, qui ea emeret aut emēdicaret, quæ
fundus parare posset. Sic cōmittere non debui, quo ignomi
niæ notam effugerem, quin ab illis sedulo perlustratis peri-
culum ipse facerem, quid tenuitatis nostrę modulus profer-
re posset. Neq; animum despondere debemus, & cōfestim
ad ocium ignauiāq; deuolui, si non præstantis ingenij vis,
Sua cuique laus tribuitur aut eximia optimarum artium facultas in nobis eluxerit. Cla
rissimis enim & principibus viris in omni disciplinarum ge
nere admiratio, veneratioq;, & inferioribus iusta laus conti-
git. Honesto satis loco cōspiciemur, si aliquo vsque progressi
non in imo vestibulo hæreamus. Męonius ille vates vastissi
mis eloquentiæ suæ fluminibus, studia posteritatis nō restin
xit, nec opifices minus famigeratos destituisse labores suos
videmus, qui Protogenem, Apellem, Parasium colerent. Est
Quæ olim scripta negliguntur quoddam prodire tenus si non datur vltra. His adde, q̄ a ve-
teribus decantata tum Græcis, tum Romanis (Mauros thea-
tris pene cunctis explosos taceo) talia depræhenduntur, etiā
ea in quibus proram, puppimque locabant, quę nostratibus
& huius cœli indigenis, aut omnino negligūtur, aut quam-
uis diligentem operam impēdant, adamussim obseruari ne-
queant. Non tam Plato, qui in sua republica ausus est de cō-
municandis vxoribus disputare, irrisus & exhibilatus exti-
tit, quā isti suis constitutiūculis Alemannis ludibrio habiti
Cum temporibus mutanť corpora sunt. Quid si nunc dicam pro annorum decursu, & tempo-
rum mutatione, etiam commutata corpora, & eum habitū
exuisse, quem olim habuerunt.

Lucretius ait:

Non manet vlla sui similis res, omnia migrant,
Omnia commutat natura, & vertere cogit,
Nanq; aliud putrescit, & æuo delebile languet,
Porro aliud concrescit, & e contemptibus exit,

Sic igitur mundi naturam totius ætas
Mutat, & ex alio terram status excipit alter,
Iam gaudere nouis rebus debere videtur
Cui veteres obsunt,

Ergo nihil absurdum fecero (salua & incolumi superorũ gloria) si viuẽdi normulas ad huius æui qualitates coaptauero. Medicamenta ex veterum monumentis deprompta nõ tã feliciter in propulsandis morbis respõdent, q̃ ab authoribus ipsis bene præsentanea obtruduntur. Cuius cum plures fortassis causas laudare liceret, potissimam duco, ꝙ a veteri temperatura mortales reciderint, quare
Hic labor, hoc opus est, atq; ingens cura, priorum
Non hæsisse pedum signis, sed pro ratione
Temporis & cœli veteres mutasse figuras.

Si neq; hæc calumniam cõprimunt, non habeo, quod preterea obtendam, tam in arctum meæ coguntur copiæ, nisi Platonis illud, imo & populare dictum arripiam: Bis atq; ter quæ pulchra feruntur. Quid quæso? pulchrius, amabilius desideratius, quam ea proposuisse, per quæ Homo & valet incolumis, & viuit longæuus. Pyrrhus Epyrotarum rex nihil versabat in votis crebrius, quam vt Dij morbos arcerent, ratus cæteris caruisse, quæ solent oblectare, minorem esse iacturam pre bonæ valetudinis inopia. Iam propius si introspicias, adhuc q̃d sublimius pollicemur, & quo nõ queat aliud a superis prestari diuinius. Nimirũ per quæ & animus & ipsa mens viget, floret, suisque muneribus probe defungitur. Hoc ne est, supra omnem speciem speciosum, supra delicias omnes maxime voluptabile? Quid in hac vita expetendum magis? nihil votis, precibus, suspirijs, eque dignũ An auribus nostris vnq̃ intẽpestiua assonabũt, que corporis & spiritus vigorẽ integrũ obseruata ꝑmittunt Dictũ aliquãdo memini, bonas animas male habitasse. Quod q̃ sit verum, & vnde ea incõmoditas oriatur, si non alio properaret oratio, pluribus ostendisse conarer. Tamen dicendum est aliquid, cum omnino tacitum præterijsse vetet sermonis excursus. An corporis temperaturam sequantur animi motus, diu multumq; apud sapientiæ sectatores, controuersum est. Siquidem huius indagatio tã obscura, & alte cõtẽplationis

Bis atq; ter quæ pulchra feruntur.

Pyrrhi votũ sanitas

An corporis temperaturã sequantur animi motus

existimatur, vt humanæ intelligentiæ imbecillitatem longe superet. Id tamē ratū, & clarius luce constat, ꝙ Deus suas quibusq; rebus naturas distribuit, ac tales esse iussit, quales nūc existūt. Admirandus fabricator artificio incogitabili humanum corpus finxit, quod idoneū foret tabernaculū, in quo non bruta, sed plena rationis anima præsideret. Atq; hic iterum præteriisse inexpensum minime expedit, ꝙ corpus illud architectauerit, haud tantum congruens & aptū ad primæ animæ illapsum, sed quale sufficeret in omnes generationes restibile, ex quo perpetua cōtinuatione, donec huius mūdi machina perennabit, aliud corpus queat decidi in amicū pandocheum alteri animæ rationis cōsorti. Qui opus nō habeat subinde noua atq; alia corpora creare, quin ex vno cetera, quotquot essent futura, enascerentur. Quis hic enarrabit gloriam, potestatem, & arcanum consiliū magni Dei? Vnus homo innumeræ posteritati par fabricatur. Ex Adæ soporati cratibus protracta est Eua, in cuius ille sinum ex amico cōgressu Caymū immisit, mox talis fili9, qualis pater. Adamus ex limo terræ, Eua ex huius costis, ex vtriusq; mistura Caymus, & omnis deniq; propagatio ex mutua maris ac fœminæ coniugatione successit, vt vniuersum genus terræ limū originis suæ primordiū, & Deum creatorem agnoscat. Sunt qui in ea hæresi persistant, & opinentur, vti corpus vnum semel cōflauit, quod gignendis reliquis sufficeret, sic eam animam infuderit, quæ similem sui ędere posset. Et quemadmodum de patris carne, carnem trahit filius, sic de illius quocq; anima animam hic surripiat. Dissentaneū omnino cēsent, necessarium esse, nouam animam ad cuiusq; hominis exortum cœlitus demitti, imo hac in re ociosum iubent esse Deū. Et vt cætera animantia sibi sunt satis ad integritatem geniture, nec aliunde animam, q̄ ex parentis semine sortiuntur, sic & hominē nasci contēdunt. Deus cum animalia in masculum & fœminā cōformasset, eam vtriq; vim atq; facultatē indidit, vti ex mutua coniunctione aliud animal sibi assimile progignerent, neq; materiā pro corporis mole tantum præberent cui ipse de suo solio sublimis spiritum afflaret, sed ex vtroq; vtrūq; fœtus acciperet. Solomon ex persona nō sua, vnus est inquit, interitus hominis, & iumentorū & æqua vtriusq; cōditio.

Corpus Adę reliquis gignēdis par fuit

An diuina ex traduce

ditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur, similiter spirant omnia, & nihil habet omnino iumēto amplius. Opinionem hanc plenis tibijs Christiana religio detestatur, & omnino vanam explodunt, qui sunt habiti philosophorū sapiētissimi. Quam animā tenemus Numen illud cœleste, in cuius nutu atq; arbitrio vniuersa voluuntur, post afformatum corpusculū creans immittit, tantum abest, vt ea potestate genitalis humoris eluctetur. Cū nullius iniuria sic affici queat, vt internetionem perpetiatur, par est, & cōsentaneum, quæ suam originem referat in eū, qui immortalis & inuictus consistit. Quod ex corruptibilis substantiæ fluore scaturit, ęquū est cum suo principio fugax distabescat. Ita brutorū animæ comites cū suis corporibus exolescunt: Hominum quidem cū cœlesti numine perennes viuūt, Socrates Axiochū mori trepidantē cōsolaturus ait. Multæ sunt & perpulchrę de animi immortalitate rationes, nō enim mortalis natura in tā varias res attollere sese posset, vt contemneret ingentiū ferarū vires, maria transmitteret, cōderet vrbes, respublicas constitueret, respiceret etiam in cœlum, & astrorū videret reuolutiones, cursusq; Solis, ac Lunæ ortus itē & occasus, defectus celeritatem, distantiasq; ęquinoctiales, & duplices conuersiones Pleyadū etiam & hyemis atq; æstatis ventos imbriumq; casus, & horrendos turbinū raptus, vt cōpræhensos quoque mūdi labores ęculis traderet, nisi diuinus quidā mētibus nostris spiritus inesset, quo cōplexum, notitiamq; tantarū rerū attingeret. Transis itaq; non in mortem Axioche, sed in immortalitatem. Cicero quoq; in eo, qui est de senectute sic habet: Cum tanta celeritas animorū sit, tāta memoria preteritorum, futurorū prudentia, tot artes, tot scientiæ, tot inuēta, sic mihi persuasi, sic sentio, nō posse eā naturam, quæ res eas continet, esse mortalem. Permagna quidē sapientię sectatoribus dissensio est. Animus quid sit, aut vbi, aut vnde: Alijs corripsum animus videtur, ex quo vecordes, excordes, cōcordes, discordes dicimus. Thales naturam cēsebat irrequietam, & suapte vi citabilem, Pythagoras numerū seipsum mouentē, Plato substantiam intellectilem per sese agitabilem, Aristoteles entelechiam, Decearchus elementorū quatuor harmoniam, Aristoxenus mentē omnino nullā prædicabat, sed vitā,

Christianorū opinio, & fides.

Brutorū animæ interitus

De anima varia dissentio

quasi in fidibus congruentiam esse ex corporis viscerumq; compagibus, modulatio enim ex neruis rite intentis cõcors assultat, cum aliquid vero laxatur, aut intercipitur, tota canendi ratio turbatur. Sic singularum partium corporis firma cõiunctio, & membrorũ omnium consentiens vigor motũ in nobis sensibilem, animumq; cõstituunt. Si autem mẽbrorũ pars aliqua vitium contraxerit, mox soluitur vniuersa cõspiratio, & dirupto fœdere sensus cũ vita recedit. Sũt qui substãtiã animi ex hoc lumen existimauerunt, quod nihil omniũ eque auersetur & odiat atq; tenebras. Nõnulli sanguinem putauerũt, quod eo per illatũ vulnus effuso, aut per adurentiũ febrium calorem assumpto mors continuo sequatur. Alij ignem asseruerunt, quod praesente anima corpus caleat. Alij ventum, quod ex eo spiritum ducentes videamur viuere. Lucretius ait:

Ignoratur enim quae sit natura animai
Nata sit, an contra nascentibus insinuetur,
Et simul intereat nobiscum morte dirempta
An tenebras orci visat, vastasq; lacunas
An pecudes alias diuinitus insinuet se.

Non ex parẽtibus anima

Nos autem sancta & inconfutabili fide asseueramus non ex patre, nõ ex matre, nec ex vtroq; animam gigni. Quippe quod ipsum est mortale, immortalitatem alteri contulisse nõ potest. Quod futurum erat aeternũ ab eo prodijsse cõgruit, quod & ipsum nesciret interitum. Terreni parẽtis munus est vt humorem corporis in quo est materia nascendi, cũ voluptatis sensu excernat aut recipiat. Caetera coelestis sunt opificis opera, conceptus ipse, corporis informatio, inspiratio animae, partus incolumis, & quęcunq; pręterea comitãtur. Quod speramus, viuimus, sapimus, nascimur, huic vni acceptũ ferimus.

Non est Deo molestũ nouas animas creare.

Plane delirat & Choroebo stultior est, quisquis molestum, graue, & aerumnosum Deo arbitratur, suam cuiq; foetui animã immittere, quem nõ distaedet sua solius dextra hãc vniuersi machinam moderari. Actuosus est, infatigabilis est, & nullo premitur onere. Dicit, & imperata mox consistunt, ea vtitur facultate, quę nulli cedit difficultati.

Aristotelica comparatio

Aristoteles inquit: Vt praestigiatores illi faciũt, quos neurospastas ob id appellant, quod imagunculas animatas esse fidiculis ductitandis ementiuntur. Qui cum funiculum ipsi aut neruum adduxerunt,

runt, cieri ceruicem & manũ, quasi animantis simulachri, humerumq; itidem & oculum faciunt, interdum etiam omnia membra, idque quadam cum venustate atq; æqualitate motus. Hoc modo natura diuina solo nutu & voluntatis suę imperio quicquid vult, efficit. Itaq; nec ventus, nec sanguis, nec numerus, nec harmonia, nec quippiã eorũ est anima quę philosophi somniauerunt, sed afflatus est solius omnipotẽtis Dei. Nunc omnes pares ne sint, aut eas inter discrepãtia cadat, hoc opus, hic labor est. A plurimis sæpe addubitatum cõperio. An ea varietas & distantia, quam multiplicem in animis conspicimus oriatur arbitrio & imperio ipsius Dei, aut pro modo materiæ & qualitate seminis, in quo generatio pficitur. Vt alius sapiens, alius insipiens, alius docilis, alius tardus, alius turbulentus, alius blandus euadat. Nonnullos videre est tam moderato ingenio tam tractabiles, & faciles, vt sine vllo negocio sequaces ad virtutem perducãtur, alios cõtra tam rebelles & præfractos vt multum sudans, vix tamen asperrimo fręno ferociam cõpresseris. Galenus in ea esse sententia videtur, q operationum difformitas ex corporũ dissimilitudine propẽdeat. Quod temperaturam, inquit, corporis facultates animi sequantur, cum non semel atq; iterum, sed subinde admodum, nec apud me solum, verum vna cum præceptoribus primum deinde optimis quibusq; philosophis diligenti inquisitione & multifariam perscrutatus. Verũ omnino sermonem cõperi, nec minus vtilẽ ijs, qui suis ipsorum animis cultum adferre conantur. Malus sponte nullus fit, sed propter prauum corporis habitum & incõmodos cibos malus fit. Atq; iterum secundo de temperamẽtis: Temperatus animo quoq; medius omnino est, audaciæ, timoris, cunctationis, præcipitationis, misericordiæ, inuidiæ, & fuerit talis . . cer, amicorum amans, humanus & prudẽs. Non dissimulabo lector candide, quid ipse sentiam, non quod sic esse affirmem, tantum eius, quod dicturus sum, assertũ volo, quãtum qui literis, scientia, eruditione nos antecedunt, cõmendaturi sunt. Insipientis est enim, in re ardua & altæ speculationis sibi vendicare, quod ad præstantiorum authoritatem pertinet. Nonnulla tamen in medium adferemus, vt alius excitus his potiora conetur adducere.

An animæ pares

Galeni opinio

Ne sutor vltra crepidam.

Non

Non semper feriet quodcunque minabitur arcus,
Et neque chorda sonum reddet,quem vult manus & mens.

Socrates in Platonis Gorgia,ex eorum ait, numero sum qui libenter redargui patiuntur,si quid nō recte dicant, libenter etiam redarguunt,si quid ab alio nō recte dicatur, & quibus non minus gratum est reprehendi,q̃ reprehendere. Tātum enim id maius bonum existimo, quanto maius bonum est, maximo quodam liberari malo,q̃ alios liberare. Nihil enim tantum esse malū hominibus arbitror, quantum est opinio falsa. Ab impietate alienū existimo, nec Christi dogmatibus aduersum,si pares animas dixero,& in substātię essentia omnes congruere. Nēpe huius denominationis vi omnes homines eiusdem speciei prędicātur. Formā enim cōmunionis cōciliatricem,& vniuocæ essentiæ causam (cū & minor esset ætas,ferulisque subiecta) ex primis disciplinis hausimus. Ergo quā inter homines differentiā cōspicamur,nō ex anima pdit, cū ea sit simplex,& in oībus vna,sed ex massæ modo, in quā ipsa illabitur,quę multiplex est,& diuersa Vergilius ait:

Anime pares sunt essentia

Igneus est ollis vigor,& cœlestis imago
Seminibus,quantum non noxia corpora tardant.
Terrenique hebetant artus,moribundaque membra,
Hinc metuunt,cupiuntque,dolent,gaudentque,nec auras
Respiciunt clausæ tenebris,& carcere cæco.

In primis expēsum oportet,fabricator Deus cum suum illud opificiū (quo nec habet admirabilius vniuersa mūdi machina,nec item angustius) cōderet,nō puto,q absolutior homo fieri poterat. Omnibus hic numeris consummatissimus prodijt,& (vt familiæ nostræ verbis vtar) in calido,frigido, humido,sicco ad iustitiā tēperatissimus,in membrorū, viscerūque serie,figura,copula,proportione formosissimus. Quāq̃ vix aliter eueniat,imo nec fortassis euenit vnquam,quin corporis species,decor,venustas,temperaturā sequātur. Nō dico elementorū cōiugationem aut calidi cū frigido & humidi cū sicco nudā cōgruentiam. Sed quoties in semine aliquo ea qualitas est,nō dico,elementaris,sed cœlestis, sed diuina, & quæ tēperatissima sit,& cōmodissima,inter eas, quæ generando homini maxime expediunt,secū trahit comitem corporis egregiam formā, & quantum hæc qualitas imminuta fuerit,

Non poterat Adā absolutior fieri.

Corporis species sequitur temperaturā.

fuerit, tantum formæ quoq; decesserit, Galenum id sensisse reor libro primo de temperamentis. Quum nō solū, inquit, humoris ac siccitatis in medio consistat is, qui eusarcos, siue quadratus est homo, sed etiam optimā formationem sit adeptus, quæ fortasse bonam quatuor elementorū temperiem est comitata, fortasse diuiniorem aliquam superne originem habet. Atq; iterum libro secundo: Parū meminerunt formatricis in natura virtutis, quæ artifex facultas est, & particulas secundū animi mores effingit. De hac nāq; Aristoteles dubitauit, nūquid diuinioris originis sit, atq; a calido, frigido, humido, & sicco res diuersa, Quo mihi minus recte facere vidētur, qui tā temere de rebus maximis pronunciāt, & solis qualitatibus formandarum partium causam assignant, rationabile enim est, hęc organa esse, formatorem aliū. Alius profecto formator non est, quam prima illa Dei vis, qua protoplastū formauit, & quam huic indidit homificā, nō ex elemētis cōtractā, sed ex suo arbitrio, & ineloquibili cōsilio enatam, quæ cū pollet in genitura elegantissimū reddit opificium. Itaque primus homo factus est pulcher talos a vertice ad imos, & operationes tā animæ quā corporis, aut humanas potius inculpabiles ædebat. Non cholericus, non phlegmaticus, non sanguineus, nō melancholicus dici poterat, nullus affectus pręcipitē voluebat, nec in irā ferebatur tumidus, nec in amorem lasciuus, nō temerarius in audaciā, nō in timorem torpidus, nō tabescebat odio, neq; mœrore cruciabatur. Pro exacto incorruptæ mentis cōsilio, pro fido incōtaminati corporis obsequio, cuncta moderabatur, qua plenus erat sapientia prudentia, rerumq; omniū cognitione, sermonē instituit: & suum cuiq; nomen cōgruenti etymo diuisit. Merę sunt fabulæ, & aniles nugæ, q; ex eo sua initia sermo desumpserit, quia homines olim prædæ fuerint fortioribus animalibus, quare aut qui laniati mortem effugerant, aut qui proximos in necē rapi cōspexerant, periculi sui admoniti ad alios homines cōcessere implorātes auxiliū, vt cōglobati cōmunibus viribus bestiarum impetus arcerent. Et in his comitijs suam primo quibusdam nutibus voluntatem significasse narrant, deinde discretas voces, & articulatum sermonem tentasse, post singulis quibusq; rebus nomina imponēdo paulatim corrobo-

Vis Dei formatrix hominis.

Adam actiones omnes inculpatas ædebat.

Sermonis initia

rante vsu loquendi rationem perfecisse. Lucretius ait.

Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse
Rebus, & inde homines didicisse vocabula prima,
Desipere est, nam cur hic posset cuncta notare
Vocibus, & varios sonitus emittere linguæ.

Polycleti statua canon.

Laudata est olim Polycleti statua, & appellata Canon, quod partium inter se omniũ elegantẽ congruentiã haberet, neque in his vllũ dissidiũ aut difformitatis nota cõspiceretur, habebat aũt qui nunc dictus est nobis hoc canone quiddam amplius Siquidem erat archetypus, ad cuius modũ cæteri homines formarentur. Non huic tam eximia & expetenda dona munificus Deus dederat, quæ in suum solius vsum priua seruirent, sed ex quo promanarent deriuata in quotquot erant nascituri, vt omnes & forma & specie pari, tum sensu atque intellectu eminentes vigerẽt. Quum propagationem & posteritatis habendam rationem mandaret, eam facultatem inseuit Adæ, qui tale colliquamentum concumbens excerneret, quod in aluo genitricis exceptum, & circunfotum surgeret, turgeret, distẽderetur in habitum corporis, vnde profluxerat, & hospitale fieret vmbraculum animæ gentilitiæ.

Non soli sua dona Adæ data sunt

Dei consiliũ in homine creando.

Quale consilium eo vergebat, vt nihil discrepantes homines concordi studio Deum colerent, pacem, tranquillitatem, iustitiam, fidem, & mutuam beneuolentiam obseruarent, neque a maioribus posteriores degenerarent. Nemo stultititia, socordia, ferocia, cupiditate, inuidia, aut id genus abominando affectu teneretur, vt nec sterilitas, nec abortus nec effluxiones, non monstra, non prodigia, non cæsares: agrippæ, androgini aut huiusmodi nugamenta interuenirent. Nulli præterea milones, tritani, canistij, philonides, sed omnes omnium partus læti, incolumes, salui, sine luctu, sine ærumna, sine calamitate in ipsam lucem prodirent. Cibum quoque addidit non modo innoxium, sed & salutarem, & & commodissimum bonæ valetudini, Nec formidandum erat, vt i superuacaneum quicquam aut excrementosum ex eo cibo in conceptaculis resideret, vnde morbus aliquis vitiumve originem traheret. Semel dicam ad imaginem & similitudinem sui creatoris factus Homo, ne aut vlla amaritudine animæ, aut vlla corporis ægrotatione debilitatus succumberet.

cumberet. O felicem, & ter, quaterq; beatum: cui tam sanctum fœdus, tam amabilis consensus, & arcta veluti necessitudo cum architecto Deo intercedebat. Sed inter hanc velificationis securitatem, ecce derepente ex aquilone pestilens flatus irrupit, inter altæ pacis desyderata gaudia anguinus sibilus nexum illum, quo vterq; alteri cohęrebat, inauspicato dissecuit. Notior est historia, & toties sacris decantata literis vt eam multis logis denarrasse vtilitatem nullam allaturum sit. Moses inquit: Serpens erat callidior cunctis animantibus terrę, qui dixit ad mulierē: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradysi? Cui respondit mulier: De fructu ligno℞, quę sunt in paradyso vescimur, de fructu vero ligni, quod est in medio paradysi pręcepit nobis Deus, ne comederem9, & ne ne tāgerem9 illud, ne forte moriamur Dixit aūt Serpēs ad mulierē: Nequaq̄ morte moriemini. Scit eñ Deus, q̄ in quocūq; die comederitis ex eo, aperiēt oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonū & malum. Vidit igitur mulier, q̄ bonum esset lignū ad vescendum, & pulchrū oculis, aspectuq; delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditq; viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum Et vocauit De9 Adā, & dixit: Quia audisti vocē vxoris tuæ & comedisti de ligno, ex quo pręceperā tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hic mihi secum reputet quisque, quo in luctu, quibus in angustijs, quam consternatus, quam trepidus ad has comminationes, ad hæc fulmina, ad hæc tonitrua, ad ineffugibilem hanc summi iudicis sententiam exhorruerit. In scoriam mutatum est aurum, conuersus est pulchritudinis decor in aspernabilē cōtagem. Protoplastus gratijs, priuilegijs, donis ornatissimus accepti beneficij immemor, ac male gratus creatoris sui mādatum & imperium contempsit, infaustum arrosit pomum, quod in paradyso gustasse nō licebat. Ex omni, inquit Deus ligno paradysi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, in quocunq; enim die comederis ex eo, morte

Ex aquilone pestilēs flatus

Misera metamorphosis Adæ.

morieris. Sed falsus mendacis spiritus suggestu, edit vetitum fructum in suam & posteritatis mortē. Ab hac intēperantia, & tristi ingluuie protinus coorta dissensio. Adamus ex horto illo omnigenis delicijs spectatissimo, propulsatur in terrā tribulos & spinas ferentem, in labore manuum suarum & sudore vultus sui victum sibi parare iubetur. Ad retractum coelestis numinis fauorē, cōfestim error & ignoratio, horror & tenebræ, fluctus & procellæ, seditiones, prælia & æstuosę nimis cogitationes ingruunt. Quicquid vsquam est creaturarum cum perturbato præside hostem habet cōmunem eū, in quem ille arcum suum tetēderit, in cuius deuotum caput sagittas præ acie nouaculę cuspidatas cōtorserit, quin sibi͂ςꝫ displicet ipse, & secum infelix atqꝫ amens tumultuatur, cōfligit, pugnat, nullo consistens loco, nusquam conquiescens, nulli fidens, vbique & ad quemuis strepitum respectans, tremens, fugitans. In hanc calamitatem præceps corruit primus Homo, & exasperato Deo mox noxę redditus. Ratio quam ducem acceperat huius incolatus, & supra affectuum desyderia imperatricem, debilitata succubuit. Arbitrium ad oblectamenta sensuum deflexit. Caro spiritum infregit, & quæcunqꝫ in tam admirando opificio eximia exosculabantur, quasi tempestuoso turbine difflata euanuerunt. Violata corporis species, purpureus ille subsilientis sanguinis colos defluxit. Cerebri ꝓfligatus vigor, Cordis robur cōcussum Ventriculi disturbata functio, Iecoris ipsa facultas, qua cæteris membris humorem alibilem dispensat, grauiter labefactata. Fōtes illi & animabilis seminis riui (sine quibus extrema generis iactura) heu, cōtaminatiores quam dici queat. Atqꝫ his de causis

Creaturæ cōsentiunt Deo.

Calamitosus Adam

Circunsilit agmine facto
Morborum omne genus, quorum si nomina quæras
Promptius expediam, quot tellus gramina fundat,
Quot mare contineat pisces, quot sydera coelum.

In hoc statu tam lachrymabili vxorem inscendit, eugium perrupit, impleuit foetu, ex morbido corpore morbosum filium gignit. Et hic iterum cum per ætatis auctū licebat, aliū quoqꝫ genuit. Qui cum & ipse maturus esset cōiugio, in eādem palęstram incubuit, & instaurata est propagatio in hodiernum

Prima generatio

diernum vsq; diem, & in seculi finem continuata procedet degenerante semper, & in deteriorem notam dilabente posterioris sanie. Cuius rei argumentum cum multifariam inclarescat, & a viris præstantibus extra controuersiam pertractum haud opus habeo, pluribus edocuisse. Itaque quanto magis decessum est a puritate & temperamento primi hominis, tanto quoq; magis dilapsum ab inculpatis functionibus, & cum vitium traheret corpus non vnimodum, currere ceperunt in contraria studia, prout difformiter laberentur. Atque eo ventum est, vt hic phlegmaticus appellaretur, alter cholericus, nonnullos sanguineos dicerent, & alios ab atra bile melancholicos, necdum omnes ex calido, frigido, humido & sicco cõbinationes cõplexus sum. In has qualitates philosophi, qui sunt habiti rerum naturæ scientiores reiecerunt, quas tam discrepantes operationes inter mortales cõspicamur. Ignis enim cum celeriter moueatur, & actuosus existat, mox, quem ex indicijs calidiorem collegissent, audacem & violentum decernebant. Torpidos vero & ignauos ex frigida mistura, quoniam pigrum est, cõtractumq; gelu. Plato sic habet in Timæo: Acris & infesta pituita, amari itẽ felleiq; humores, quando oberrantes per corpus, non exhalãt, sed per viscera reuoluti vapores suos penetralibus ipsius animæ infundunt, languores animæ varios, & magis & minus, tum plures, tum pauciores efficiunt. Perferuntur sane ad tres animę sedes humores, vaporesque huiusmodi, ac pro loci diuersitate, vnusquisq; varias species generat, difficultatis atq; molestiæ, audacię rursus, timiditatisq;, obliuionis pręterea, atq; hebetudinis. Lucretius ait:

Vnde phlegmatici & cholerici

Sic calidi plus est illis, quibus acria corda
Iracundaq; mens facile efferuescit in ira
Est & frigida multa comes formidinis aura
Qua ciet horrorem membris, & concitat artus.

Hippocrates in eo, quem de flatibus conscripsit, Sapientiæ stultitiæque causam in ipso sanguine hærere existimauit. Puto inquit, eorum quæ in corpore sunt, nihil magis ad prudentiam facere & cõferre, quam sanguinem, qui dum in sua figura persistit, & permanet, prudentia etiam permanet, quo permutato prudentia etiam permutatur & concidit. Q; hæc

Sapientiæ & stultitiæ causam Hippocrates existimauit sanguinem.

sic se habeant, multa testantur, primum somnus, qui cunctis viuis cõmunis est, sanguinẽ frigefacit, quo frigefacto, tardius per meatus & membra discurrit, corpora grauata deponũtur, visa & imagunculę per somnũ diuersantur, opiniones vanę cõsurgunt, prudentia variatur, & altera fit. Quin & per temulentiã cũ sanguis repente crescit, animi prudẽtia cõcidit, presentiũq; malorũ obliuiscuntur, & futura bona fore sperãt. Multa pręterea possem dicere, quomodo sanguis permutatus prudentiã, sensum quoq;, & mentẽ variauit. Nunc ad ea quæ dicturus sum aures arrigite, & Deum in vno Homine (si non fallor) omnium animantium affectus collocasse cõperiemus, tanq̃ in eo, cui æquũ, ac par erat, cuncta communicata, & nihil abesse. Princeps enim destinabatur, & rex, & imperator animæ consortiũ. Quãobrem consentaneũ constat, vt noticia aliqua, & quædam veluti cognatio, ac mutuus cõsensus interueniret, quo herus non prorsus alienus, atq; exter videretur, quibus præesse debebat. Rationem tamen ducem accepit, ac moderatricem, qua petulantes affectus compesceret, ne effrenes in licentiam irrumperent, & indomiti beluinos ęmularentur. Fortassis si propius introspiciamus, quod dominium Deus in feras & muta animalia dedit, in ipsomet homine exercendum deprahendemus. Quippe qui intra se brutorum affectus claudit, hos subijcere, frænare, infringere iubetur, ne ipse quoque obbrutescat. Superandi quidem potestas, & coercendi virtus per rationis vsum data est, qua fretus pacatum absque vlla coniuratione, seditione, tumultu, in alta pace, securitate, delicijs regnum tenuisse poterat, tum ob singularem munifici Dei fauorem, tum ob promptissimum sequacis corporis obsequium, si præcepto non cõtrauenisset ipse, neque incogitãs exorbitasset. Qui suum ab alijs, sibique obnoxijs mandatum seruari cupit, qua fronte iugum excutit, & eius authoritatem aspernatur, quem superiorem ac præsidem agnoscit. Ab officio si quis se remouet, æquum est, idque ipsa vicissitudinis lanx rependit, vt ab accipiendo frustretur. Hoc porro fauore destitutus fasces submittere cœpit, & corpore dilabente in deterius exorta est rebellio, quin affectus ipsi improba cohors in eam sese rabiem efferunt, vt adducta vi captiuam trahere rationem

Quale homini datum exercitium

Neganti negabitur

molian-

moliantur, & in turpissimam seruitutem sæpissime corripe-retur homo, nisi mancipium tam vsque miserum miserator Deus vltro, & longe aliud meritũ periculo subtraheret. Cor-pus quando a primigenia constitutione deuiat, propius ac cedit ad brutorum temperaturam, & quanto propius, tan-to magis eorum naturam refert, ac mores exprimit. Bruto-rum temperatura seu ratio non in calido, frigido, humido & sicco constituitur, Sed habet quodq; animans suam qualita-tem in specie, quæ tamen cunctæ in genere communicãt, & huius communionis occasione fit subinde, vnius ad alteram quædã veluti admigratio, aut inclinatio, & hęc cũ potẽs est, cum valida, cum eximia proprias functiones minus expe-ditas ædit, & quadantenus degenerat, & desciscit ad alienas Corpus itaq; hominis, quod corrũpitur, aggrauat animã, & quanto insignior lapsus exiltit, tanto obscurior est mẽtis ope ratio, vt se nequeat in rationis libertatem asserere, qua do-met ac reprimat affectuum exundantes fluctus, quos numẽ illud cœleste in Homine statuit, vt in his moderandis rex for tis, & potens in prælio appellaretur. Nunc quasi concep-pta coniuratione aduersus regem agminatim insurgunt, ei-que negocium haud exiguum facessunt. Nec id prę ter Dei consilium, vt gentilitij peccati pœna, & materia virtutis exi-stant. Siquidem virtus est in medio iræ impetu, seipsum cohi bere, in cupiditatis flagrantia compescere, in libidinis æstu continere. Virtuti relictus est locus, vbi irritabiles affectus obseruantur, & victoria luculenta effulget: quum violen-tus aduersarius supplantatur. In hac colluctatione intelli-git homo, sed inspirante numine, ex quam fœlici rerum statu in hanc cladem & calamitatẽ præuaricator reciderit. Vt om-nino spem deuoueat, neq; se cõfidat suis viribus quicquam melioris sortis nancisci posse. Simulq; recogitat atq; expen-dit, quãta sit sui opificis bonitas, pietas, beneficentia, qui ho-stem sibi vltro reconciliat, & eripit prædatorum violen-tiæ. Ob corporis igitur non vnimodam deflectionem ad tẽ-peraturam mutarũ animãtium, in hominibus permulta ope rationũ discrimina inoriri existimamus. Cuius indiciũ mihi inconfutabile apparet, quod hominis genitura nonnunq̃ tam corrupta est, & a primordiali seminis qualitate aliena

Corpus degenerans ad brutorum tẽperaturã accedit.

Affectus ex Dei consilio Hominem assiliunt.

Operationũ discrimina ex discretis temperaturis.

vt fusti

vt sustineat foueri, nutriri, conformari in ipsis brutis, tanquã ibi indepta sit conformem, & congruentem alimoniam. Nisi enim inter alitum & alimentum quædam similitudo interueniat, omnis alitura frustratur. Plutarchus Aristotelem tradidisse narrat, ꝙ Ariston ephesius Democrati filius muliebre genus perosus cuidam se immiscuerit (honos sit auribus) Asinę. Quæ suo deinde tempore puellam specie honestam peperit: Cui Onosceli nomen fuit. Idem quoq; Agesilaum tertio rerum Italicarum scripsisse affirmat, ꝙ Fuluius Stellus mulierum odio, equæ se immiscuerit, quæ deinde puellã peperit, & tempestiue quidem, quam Eponam appellarũt. Indorum viros cum feris crebro copulari testibus idoneis nõ vacat. Imo ipsa genitura hominis nonnunquam eo contagio sordet, etiam si ab homine excipiatur, quæ omnino humanæ formę inepta existat, atq; nequiter degeneret, abeatq; in brutum animal, quod tum vsuuenit maxime, quum parẽtes voluptatibus superati, & in temerarios affectus proruentes obbrutuerunt, ac insano coitu congrediũtur. Ex hac causa, monstra, prodigia, abortus erumpunt, & mali Corui malũ ouum progignitur. Adde & literis proditum. Sicut ex bubus apes, ex equis fuci, ex asinis crabrones generantur, sic humana corpora, & præsertim medullas, homorẽq; ex eis profluentem serpentes producere. Hic licet intelligere, quam periculosum sit, ac flagitiosum, hominem serere perturbato corpore. Nempe ipsa perturbatio decumbit in id, quod in fœtum secernitur. Caligula adamauit Cęsoniam, & se patrem infantis ex ea natæ hoc argumento professus est, ꝙ fera esset, & tantæ feritatis, vt infestis digitis ora & oculos simul ludentium infantium incesseret. Diogenes cum forte adolescentẽ vino delirantem cõspexisset, non hunc, sed patrem incusauit: Adolescens inquit, ebrius te seminauit pater. Præstiterit ergo, vt operam daturi gignendæ soboli, in eum sese statũ prudentes componant, quo & optare, & bonos sperare liberos possint. Chionem dicunt speciosissimam fuisse Dedalionis filiam, adeo vt Apollini & Mercurio placeret, quibus simul & semel vnam eandemq; noctem flagitantibus, vtrique alterum celanti annuit. Mercurius non expectata nocte virga eam tetigit, ac soporauit, concubuitque. Apollo autem no-

Quãta abhominatio ex homine

Hominẽ serere perturbato animo flagitiosum est.

Chio Dedalionis filia

cte eam compressit, ex quibus geminos concepit, & peperit Mercurio Antolychum, Apollini vero Philemonem, ille inter fures clarus euasit, vt non videretur, a patre degenerasse. Philemon cytharœdus factus Apollinis filiū se demonstrauit. Ouidius habet.

Vt sua maturus compleuit tempora venter,
Alipedis de stirpe dei versuta propago
Nascitur, Antolychus furtum ingeniosus ad omne,
Qui facere assueuit patriæ non degener artis
Candida de nigris, & de candentibus atra,
Nascitur e phœbo (namq; est enixa gemellos)
Carmine vocali clarus, citharaq; Philemon.

Ex Lycurgi decreto licebat seniori viro iunioris vxoris, si quem ex succulētioribus honestum ac probum diligeret, probaretque, illum ad vxorē adducere, & vbi eā generoso illius semine cōplesset, suū ipsorq; quod natū esset, efficere. Licebat itidē & probo viro, qui fœcundā aliquā, pudicāq; mulierē alteri nuptā admirarēt, marito illius persuadere, vt cū ea ipse cōgrederet, tanq̄ in solo fertili bonos filios saturus, atq; facturus. An non sententiam nostram suis calculis corroborant, qui veritatem fabulis adumbrare soliti Prometheum ferunt principi limo desectam vndique particulam addere coactum, & apposuisse nobis præter Vulcani Mineruęque sapientiam, vim leonis, astutiam vulpis, temeritatem apri, formidinem leporis, grauitatem bouis, fastum equi, scurrilitatem simiæ, fatuitatem pecudis, stoliditatem hirci, voracitatem suis, ductatum pardalis, ferociam tigridis, immanitatem vrsorum, desperationem elephantorum, rapacitatē luporū, & cæterorū reptilium, volucrum, atque aquatiliū naturales propensiones. Quę in homine tum potissimū elucent, cū similitudine quadam, & affini temperaturæ modo, cum alijs animantibus congruit, atque eius affectū proxime exprimit, cuius qualitates ac formas animæ subseruientes eximius in se contraxit. Hic mihi lector attentius perpende, geminabitur ferme hæc procliuitas, imo acrior & conspectior ebulliet, si cuius animātis ingeniū refert, carne quoq; & sanguine vescatur, aut cum eo frequens admodum diuersetur. Ex hoc fortassis coniectasse alienum non fuerit ad tuendam

Lycurgi lex.

Prometheus adumbrator veritatis.

Quomodo geminētur in nobis bruta affectus.

Esus animalium officit mētis puritati.

innocentiam, & puritatem mentis animalium esum officere Quod Deus homini plantauerat paradysum proferentem omne lignum & visu pulchrum, & ad vescendum suaue, ac præceperit: ex omni ligno paradysi comede, & cætera quæ nunc sunt esculenta, præterijt. A lapsu vero & enūciatæ legis trāsgressu dixit dominus: Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Hæc si primitus in edulijs numerāda promulgasset, nōnullus erat metus vti lasciuiori fomento succensa caro in semitas non rectas spiritum pertraxisset. Atq; in hoc euentu expostulanti opifici respondisset: Quod manducandum suppeditasti, in errorem adegit, in te potius, qui venenum propinasti, q̄ in me, qui id ignorabam, noxia hæret. Nulli ambiguum existimo, alimētum ipsum in sui naturam alitum paulatim transmouere, & si quam peculiarem congruentiam comperit, eam magis adacuit, excit, & illustriorem ocyus reddit Galenus sexto de causis symptomatum, qui negant alitum ab alimēto mutari posse, q; victi, non vincentis alimentum nomen sit, ij neq; de animantium, neq; de plantarum transformatione quicquam sanum dicere possunt. Neq; solus cibus humanū corpus a sinceritate qualitatis primitiuę distrahit, aut incrementū prębet gliscenti nequitiæ. Sed cœlum quoq;, regio, conuictus, educatio, & alia plęraq;.

Alimentum alitum transmouet.

Non ex solo cibo degeneratio.

AEneam profugum incessens sic Dido profatur,
Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus author
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæq; admorunt vbera tigres.

Nulla tamen mutatio firmior, & ad reuincēdum pertinacior insidet, q̄ quæ ex parentibus profluit. Nisi alia profecto tam longa consuetudine sic afficiant, vt in naturā recepta trāseant. Nihil ęq; aut corpori aut animæ obstat, q̄ assidua instillātis noxiū familiaritas, & diutinus eius vsus, quod prauū habitum trāsfundere potest, quoniam altius radices descendūt, q̄ quæ facile eruantur, & in mortem vsq; persæpe cōtagio comitatur. Gentilitij mali vigor, ac robur ex hoc innotescit, q; in extima sese ex penetralibus proferat, & omnino cōspicuas sui notas ædat, vt a cōsilio affuisse videatur facultati genitiuæ ad mem-

Consuetudo mali in naturā transit

Notę labis gētiliciæ conspicuæ sunt

ad membra configuranda. Id colos, forma, ductus, stamē, & quæ cætera habitudinis lineamenta non rarenter contuenti declarant. Quod sanctissimus Morus e Græco Latine cecinit, pangens in deformem.

Pingere difficile est animum, depingere corpus
Hoc facile est, in te sunt tamen ambo secus.
Nam prauos animi mores natura reuelans
Fecit, vt emineant vndiq; perspicui,
Sed formæ portenta tuæ deformia membra
Quis pingat? quando hæc cernere nemo velit.

Homo eius animantis quandam veluti speciem, seu similitudinem, effigiemq; refert, & æmulatur, in cuius affectus maxime propendet. Huic basi & fundamento innititur omnis physionomiæ ratio, quam nec omnino vanam, qui sunt habiti naturæ rerum peritiores censent. Cum subnigros ergo, ac mediocriter concauos oculos habentem viderint, ex leone, qui talis est, animosum eum fortemq; pronunciant. Quem conditos, ex simia, simulatorem, fraudulentum, maliciosum: quem stabiles, ex boue grauem, ac frugi: quē protensos ignauum, iniurium, contumeliosum. Quem magnos, mobiles, & lucidos, toruumq; obtuētes, agrestioris, crudi, & rapacioris animi, quales sunt aprorum, ac luporū. Similiter quia leo pectus habet pilosum, si quis thorace est impense hirto, feruidum sanguinem, & ferocem spiritū obtinere aiunt: si quis setosa crura & hispida tenet, quia in hac parte hirco assimilis existit, salax iudicatur. Martialis in Zoilum. Basis physionomiæ.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

Thersitem omnium, qui ad Troiam nauigauerant, fœdissimum fuisse narrat Homerus, altero oculo strabone, altero pede claudo, angustissimis humeris, & ad pectus vsq; cōtractis, vertice cacuminato, raro capillo. Hic cum tā multis modis deflecteret a dignitate quadrati canonis, animā quoq; circunferebat improsperam atq; infœlicem, qui nihil pensi habebat, q̄ recte, aut q̄ improbe loqueretur. Sic Achillem, Vlyssem, Menelaū, & si quos præterea virtute præstanteis heroas describit, decentissima corporis, propeq; diuina specie extitisse commemorat. Historiographorum quoq; consensu testa- Thersites

tissimum est, Pythagoram (cuius aureum dixere femur) Scipionem Aphricanum, & cum his inexputabiles, qui ob coelestes quasdam animi dotes, semidij, & plusquã homines crediti sunt, venusta & amabili forma fuisse. Adeo cognatæ & coniugatæ res depræhenduntur Corpus atq; anima, vt alterius habitum altera sequatur, ac mentis integritas in ipsa cutis politura reluceat, rursus corporis habitus diuinum flatũ afficiat. Apud Lacones partus nutriẽdi ius genitori nõ erat, sed eum in quendam locum deportare cogebatur, quẽ Leschen vocant, vbi ex tribulibus sedentes, qui maximi natu essent, si infantem animaduerterent effictũ pulchre, beneq; robustum, educari curabant, sin autem ignauum ac deformem ad Apotheas appellatas exponendum ablegabant, locum secus Taygetum præcipitẽ ac preruptũ, quasi eius vita cui nõ statim ab initio decorã cõpositionem natura tribuisset, neq; sibi vtilis, neq; reipublicæ cõmoda esse posset. Nõ tamẽ hæc a me dicta sic quisq̃ interpretet, ac si necessariã sequelã contẽdam, vbi impurus regnat animus, mox & illic huius indices notas in corpore micare, aut vbi corpus præter neuulos ac detrimentum vllum, elegans viget, in hoc continuo inculpatam esse mentem. Alcibiades sua tempestate omnibus Atheniensibus dignitate oris & totius corporis forma longe prestitit, vir tamen quieti & ocio infestus, contentionisq; supra modum amãs. Sed vix accidit, cũ in humore genitiuo vitiosum fermentum ebullit, vt non sui significationẽ alicubi prodat. Qualia tamen cunq; vt ex quauis causa cõtrahantur vitia: aut tolli, aut sic minui possunt, vt non officiant eximia. In primis Deus qui solo nutu & arbitrio maiestatis suæ cuncta disponit, temperat, moderatur, cui vult miseretur, quem autẽ vult: indurat. Figulus est, fingit, refingit, mundum facit de immundo conceptum semine, & ex eadem massa aliud quidem vas in honorem, aliud in ignominiam fabricat. Paulinus in beati Felicis natalibus,

Corpus atq; anima res cognatæ.

Laconũ mos & ritus

Interpretatur se author

Vitia qualia-liacunq; aut tolli aut minui possunt

Sed quis tam variam miretur ab vno
Sanguine progeniem, veterum inter sancta parentum
Pignora, qui relegat populorum stirpe duorum
Foecundam pugnas veteri doluisse Rebeccam,
Conquestamq; deo grauidi luctamina ventris,

Cum

Cum iam tunc fremeret sanctæ intra viscera matris
Quæ nunc in terra mundi discordia feruet.

Sæpe, imo vix aliter euenit, quo minus fiduciæ, atq; opis eminet in carne, minusq; suis viribus vtitur, hoc efficacius se se exerit, & præsto succurrit superni spiritus auxilium. Iam cura & industria eorum, qui formandis pueris perficiuntur, in hac re plurimum momenti habent. Non enim parum refert, quibus præceptionibus pueritia imbuatur. Si ab vnguiculis statim iacta fuerint virtutis fundamenta, solemus æqui, boníque amantes perseuerare. Contra vero, corrupta institutio vitiorum est fomes, quæ vbi semel ab ipsis incunabulis infusa combibimus, in reliquam ætatem, quasi morbi congeniti adolescunt. Proditum est literis, Alexanxandrum Magnum a Leonide pædagogo vitia quædã puerum contraxisse, quæ nec iam adultum, atq; etiã ad imperia euectum deseruerũt. Q; si minus sequax ingenium nacti sumus, damnũ id industria pensemus. Ipsas feras mansuescere videmus, atrocitate exuere, imperata facere. Elephãtus institutione fit funãbulus, Vrsus ad tibiarũ cantũ saltator, Asinus morio. Si canis ad venatum, si equus ad vsum equestrem, si bos ad arandum minus apti nascuntur, arte, studio, diligentia consequimur, vt officijs suis probe respondeant. Sic & Phryx plagis emendatur. Veritati consentaneum puto neminem adeo ferum, qui non mitescere possit, si modo culturæ patientem commodet aurem. Stilponem Megareum philosophum scribunt ipsius familiares & ebriosum, & mulierosum fuisse. Neque hoc exprobrant traducentes, sed in laudem potius euulgant. Vitiosam enim naturam ab eo sic domitam doctrina, vt nemo vnquam vinolentum vllum, nemo in eo libidinis vestigium vnquam viderit. De Socrate quoque: quis celebratum nescit? Quod Zopyrus, qui se hominum naturas ac mores, pernoscere ex oculis, fronte, vultu profitebatur, stupidum esse Socratem & bardum dixerit, & Veneris etiam cupientissimum, in quo Alcibiades cachinnum sustulisse dicitur. Quando hos affectus Medicina quoque tollit, ac liberat corpus ab his quæ præpediunt, ne munere suo probe defungatur anima. Quis non obuijs vlnis, & hilari complexu ea suscipiet, quæ

Cura præceptorum formãtur pueri.

Feræ mansuescunt

Medicina ab his liberat, q̃ animam præpediunt

plurima nos in rem præsentem allaturi sumus commodissi-ma. Carneades Academicæ sectę philosophus, cuius in disserendo quæ vis fuerit, quæ eloquentia, quod acumen qui nescit, ex prędicatione Ciceronis intelliget, Is cum scripturus esset aduersum Stoici Zenonis libros, superiora corporis candido elleboro vacuauit, ne quid ex corruptis in vētriculo humoribus ad domicilia vsq; animi redundaret, quod instantiā vigoremq; mentis labefactaret. Sic Pythagoras in maximo hortensium omnium honore ac precio synapim habebat, q; prēter vires in sanitate ac valetudine pręcipuas, in altū quoq; & sublime feratur, in cerebri vsq; specū pertendat, calefaciēs purgans, discutiens, omniaq; illic reddens puriora, vegetiora, & ad vsum mentis commodiora. Eya ergo oculos mihi surrige lector. Institutum nostrum bonis omnibus fore gratum confidimus, neq; pertimescendam nobis sycophantarum aut cacologorum maledicentiam existimamus, qui ea docemus, per quæ mens sana constat in corpore sano. Quo beneficio quid pulchrius, quid eximiū magis, & quid diuinius tradi queat, non video. Pulchra porro eximia, atq; diuina nunquam satis retractātur, Sed hæc ad ea quę obijciebantur, satis paria computo, & primum mihi librum finiant.

Carneades scripturus elleborū hausit.

Confidit gratum fore hūc librū lectori

LIBER SECVNDVS D. IASONIS PRATENSIS Medici de curanda Sanitate.



VM cœlestis ille omnium rerum architectus, & sapiens fabricator Deus suarum manuũ opera dispexisset, & reuocasset in examen delecto speculatu. Protinus ea incõfutabili celsitudinis suæ iudicio bona valde pronunciauit. Etenim fieri non poterat, vt ab aliqua parte in vitium cassa recideret, aut a specie deerrarent, cuius exacta politura quamuis emendationem respuit. Quippe quæ proficiscerentur, suas quoque traherent formas ex vasto & inexhausto omnium gratiarum oceano. Marcus Tullius quãtiuis precij philosophus, vniuersas mundi partes ita esse constitutas asseruit, vt neque ad vsum meliores, neq; ad decorẽ pulchriores effingi potuerint, aut doceat aliquis, inquit, melius. Sed nemo id vnq̃ docebit, aut si quis quid corrigere volet, aut facturus est deterius, aut id, quod fieri nequiuerit, desyderabit. Eorũ mos est, qui in exquisito dicendi genere illustres præstant, exẽpla admouisse, vt collatione increscat is, quem laudibus conantur attollere, quare si fas est, & paruis liceat componere magna. Oculos parumper ad nostri theatri artifices conuertamus, hi sæpenumero tam fœda ignoratione distinentur, vt nequeãt suis opificijs congruentem honorem affingere, aut tam cæca inuidia debilitantur, vt decorem artis occulant, negentq; Aut idonea materia frustrantur, in quã transfundant nobilissimi ingenij specimen. Ast ille pro nimia scientiæ suæ affluẽtia certus, pro amabili volũtatis suæ simplicitate lubens, pro inuicta virtutis suæ efficacia potens, ita opificia consummauit sua, & in eam gloriæ sublimitatẽ euexit, vt omni reprehẽsione, Momo quoq; maiora cõspiciantur. Principio immensus

Ciceronis de mũdo sententia.

Artifices tribus de causis aberrant.

Deus cõsummatus artifex

Aetheris pulchritudo.

ſus æther ſuo complexu circumdat omnia, neq; tãta vaſtitas impedimento eſt, quin inenarrabili celeritate paucarũ horarum ſpacio totus circumagatur. In quo diuerſi orbes vertigine ad miraculum vſque difformi cõcordes pariter feruntur, & rythmis in harmonicã rationem attemperatis cõuoluũtur In his iterum innumerabiles ſyderum flãmæ coruſcant, quorum princeps Sol, & ampliſſima magnitudine, & poteſtate medius circunuerſatur. Hic ſuis radijs graues ipſas tenebras diſpellit, Hic vegetat mortalium corpora, Hic calore fœcũdo telluris ſemina in germen extrahit. Hic temporum vices diſcriminat, annumque perpetim renaſcentem ex vſu naturæ commodat. Cœli terrarumque rector ac veluti anguſtũ numen omnia intuetur, omnia colluſtrat, omnia gubernat. Cui & reliqua aſtra non ignauis obſequijs famulantur, atque officioſa commodulatione ſuccinunt. Literis quoque proditum comperio, tanta ſocietate, nobiſcum hæc aſtra coniungi, vt ſuum cuique homini attributum credatur, & clara diuitibus, minora pauperibus, obſcura contemptis præſint. Ab his finitimus expanditur aer, in quem cœleſtes, quas nunc ſperas diximus, primitus ſua iacula demittunt, eumque afficiunt multifariam pro vniuerſi commoditate, illuſtratus enim prodeuntis phœbi fulgore, diem reddit. Nox eſt, vbi phœbo ſe condente obſcuratur, Alternantes frigorum, atque calorum conuerſiones accipit. Primum florulenti Veris amœnitatem adducit, deinde æſtatem, quæ ſuo feruore omnigenos fructus percoquit, ab hac Autumnum qui meſſem præbet ematuratorum, Hyemem quæ terræ, hominibus, iumentiſque laboriferis ferias facit. Is præterea effuſus, & extenuatus in ſublime fertur, concretus cogitur in nubes, nec raro vapores ac halitus vi ſyderum, ex ſubiecto madore ſublatos colligit, collectos denſat, & aſtringit in humorẽ, quo retorreſcentis ſoli ſitim depluens reſtinguit, & indigis ſtirpibus alimoniam ſuppeditat.

Soli reliqua aſtra famulant.

Aeris ornat⁹.

Vnde ſolet tonitrus, & fulmina mittere terris
Iuppiter, & ponto narrant incumbere ventos,
Et rutilas formoſa comas vnde explicat Iris,
Mille trahens varios aduerſo ſole colores,

Ardentesq; faces,& nix,& grando,pruina,
Imber,ros,nimbusq; ex hac regione feruntur.

Idem volatus auium sustinet,& cunctis animantibus pro oblectabili vitæ fomẽto necessarius inspiratur. Exin est Mare,cuius quanta sit pulchritudo,& q̃ mirifica in vniuerso species, neminem(nisi caudice magis obstupeat)latere potest, quod tam varias, easq; amœnitate multa insignes insularum plagas suo circũfluxu disterminat. Quod oras terrarũ,quod littora,quod promontoria reciprocante æstu alluit,& veluti saluere,oscularíq; videtur,imo sic allidit, & suo illapsu cõplectitur,vt vnum quid ex duabus naturis cõflatum appareat. Cui quæso periucundũ non est, illam cõspexisse albescentis equoris malaciam, cum vi nulla tempestatis commouetur. Nec minus oblectabile,cum insusurrante clemẽtioris auræ spiritu crebriusculis strijs cauatur,nunc purpureum, nũc ceruleum colorẽ trahens. Fons est,& scaturigo omnis humoris,excipit, remittitq; dulcium aquarũ fluuios. In hoc q̃ sint admiranda & multiplicia animantium genera inexplicabile puto,partim submersarum,partim fluitantium, partim ad saxa natiuis testis cohærentium. Iam in subuectãdis his,quæ ad vsum mortalibus necessaria conscribuntur,q̃ ingentẽ cõmoditatem adferat,neminem fugit. Per hoc cõmercia mutua populis dissitis exercentur. Nõ est angulus orbis tam remotus,in quem naugio nõ penetramus, ex quo si quicquã gignat cõducibile,nõ queat trãsferri in regiones illius indigas. Omnia ad victum,cultum,præsidium, deliciasq; vitæ pertinentia, subuectione hac vbiq; abundant,& nihil vsquã desyderatur. Mari cõtermina est terra, cui ob eximia merita materne venerationis cognomen indiderunt. Hec collocata in media mundi sede residet,solida, globosa, suisq; nutibus vndiq; constricta, Salubribus herbis vestitur,odoratis flosculis ornatur,fructiferas arbores profert, commodissimas fruges ædit. In hac est videre perpetuas eruptiones fontium,nitidissimas lymphas amnium,perẽnes vertices fluminum. Aspectabiles præterea sunt mõtes,& montium iuga,colles,valles, specus,cauernæ,spelæa. Sunt saltus,luci,syluę,nemora, cãpi, prata,arua,ripæ,vbiq; omnia admirãdę voluptatis plena occursant. Quis non suspicit,& non lubens,si detur, perscrutatur,re-

Maris admiranda species et cõmoditas.

Animantia multimoda gignit mare

Terræ venustas

tur, reconditiores illas auri, argentiq; venas, & abstrusa cubilia eorum, quæ metalla dicimus, plumbi, stanni, æris, cupri, ferri. His adde infinitam vim marmoris, cristalli, succini, magnetis. Iam tot, tamq; diuersa animātium genera quis persequetur, bestias, alites, serpentes, bipedes, quadrupedes, multipedes, apedes, aligeras, & harum omnium cantus, garritus mugitus, stridores, boatus, sibilos, susurros, murmura. Si oculos, mentemque ad cętera afflectere iuuat, quæ innumera ad gratiam, venustatem & elegantiam mundialis machinæ factitant, omnem linguam, cogitationemque longe exuperabunt. Aristoteles ait: Quicquid pulchritudine præditum est, id quasi gentile mundi habet cum eo nominis societatem, adeo quod recte atque ordine constitutum est, id a mūdi nomine concinne digestum, Græco nomine cosmos, & consentanea partium compositione speciosum esse significatur. Verum vt eo deueniam, cuius gratia, hunc sermonem interieci. In hoc tam splendido theatro, & regia tam sublimi Hominem Deus principem & dominatorem præfecerat, & eius prudentiæ ac moderationi subiecerat, quæ in vniuerso cuncta conspiciuntur. Hic qui in tanta maiestate & excelso nimis honore eminentissimus præsidebat, mente captus eximiam hanc suæ sortis felicitatem non animaduertit, quin comparatus iumentis insipientibus, assimilis factus est illis, & regno excidit tam opulento præuaricator creatoris mandato male parens. Ex vernantissimo immarcessibilis voluptatis horto, in ærumnarum & calamitatum feracissimos campos protrusus contabescit. Quæ ad leuissimum nutum, & ipsius omne arbitrium prompta, obsequiosa, & diruptis impedimentis accincta astitissent, conceptacōiuratione inuincibile negocium infesta facessunt. Sibi quoque grauis & contrarius suos in se manes perpetitur, & dæmonijs agitatur iniquis. Exagitatus proruit in omne flagitiorum genus, nec vllum præterit contempto rationis imperio. Quæ cum infinita sint, nec satis queant exputari, nullum ebrietate vna, tetrius comperio. Sunt & cætera plenis buccis detestanda, sed si in examen conueniant, mea profecto censura multis parasangis præcurrit crapula. In illis designandis Hominis plurimum in hac vna nec ferinum quicquam

Mundi pulchritudo omnem sermonē superat.

Homo mundi princeps excidit regno præuaricator.

Ebrietatis teterrimum facinus

quam deprahendere licet, tam est facinus omni animæ inuisum, & despicabile. Qui regem iugulauit, qui ciuitatem prodidit, qui patriam euertit, non potuit hæc feliciter perpetrare, nisi tempestiue & exobseruato aggrederetur, in quo studio, quantum industriæ, solertię, prouidentię, impensum oportuit, nemo non intelligit. Quisquis Lucretiam oppressit, Alcmenam polluit, Vestalem corrupit, vigilias, labores, pericula non exhorruit, vt expetita præda victor potiretur. Nullum profecto sceleris genus est, nec tam infame, nec tã illustre, in quo non pateat humanę mẽtis vestigiũ. In ebrietate sola, Hominis omnino nihil, nec ferarũ quidem tantillum conspicamur. Vni homini vniuersos affectus inseminasse Deum diximus, quos singulis animantibus singulos distribuit. Rationem præterea accepit ille ad emoderandos affectuum impetus præpotẽtem, ne (quando tolli prorsus nequeunt) in beluinam amentiam effrenes exorbitent. Ast in in nulla animante tanta voracitas prędicatur, tãta ingluuies & potandi libido, quæ se trucidare moliatur onere supra naturę vires in corpus ingesto. Edendi, bibendiq; voluptatem vẽtris plenitudine metiunt. Nõ puto a veritatis scopo aberrantẽ quisquis ebrietatis incentorẽ affirmat Cacodęmonẽ, q interna hominis pręcordia subit, & tartareus ipse tartarea flãma perurit, Cor, hepar, renes, sanguinẽ, ossa, medullas inextinguibili igne succẽdit, vti præter fœcũdos calices, & crateras mero spumãtes nihil somniẽt, summã voluptatẽ in his exhauriendis constituãt. Nulla quies, nulla satietas, nullus modus Fortes athletę & inuicti Sardanapali insanas voces attollunt & trophea parta deliri inclamãt, vbi ingẽs vas vno spiritu depleuerint. In qď certamẽ cęteros q̃q; cõmilitones ꝓuocãt, & acerbis veluti cõuicijs ꝓbrisq; ĩcessũt, nisi tã fatuã ĩgurgitatione equẽt, aut succũbãt in periculo, & reiecta mole medij crepẽt. Proteã in hac palęstra clarũ extitisse Atheneus prodidit, quẽ in cõuiuio Alexãnder poculo bicõgio adortus est. Cũ igitur Alexãder bibisset Proteas rege multũ laudato, q egregie tm̃ calicẽ exorbuerat, & ipse q̃q; eadẽ fide atq; integritate bibit, vt ab oĩbus plausu exciperet. Mox Proteas eodẽ poculo cũ regẽ ꝓuocasset, bibissetq; Alexãder generose conatus, iterum calicẽ eundẽ ducere, cum partem iam traxisset,

Cacodęmon ebrietatis incentor

Popularis cõcertatio

Alexander nimio potu occubuit.

in lecti puluinar resupinata ceruice poculum manibus emisit. Quo ex certamine in palmariam valetudinem incidit, a qua tandem iugulatus oppetijt. Eo mihi dicta pertendunt, vt qui tam nequiter, & propudiose corporis incolumitatem prostituunt, sese intelligant ab hisce aris procul arceri, neque inuenturos quicquam præsidij ad improbioris vitæ tutelam quibus si quis vel data opera gratificari volet, cũ Antheo luctabitur & purpureas rosas, fragrantemq; amaracum lutulẽtæ Sui constrauerit. Siquidem in hoc non epulãtur, vt huius lucis aspectabili amœnitate citra ægrimonias lõgeui fruanť. Sed qui cacodæmoni intra viscera exultanti gratissimo sacrificio perpetim litent. Galenus in eo qui de curandi ratione extat: Intẽperantes inquit, vinososq;, ac ventri, gulæq; deditos, neq; purgatione, neq; sanguinis missione magnopere iuueris. Nam per vitæ intemperantiam crudorum humorum copiam ocyssime colligunt, verum his ne manum admouisse expedit. Persius inquit:

Temulentis hæc non scribuntur.

Poscis opem neruis, corpusq; fidele senectæ,
Esto age, sed grandes patinæ, Tucetaq; crassa
Annuere his superos vetuere, Iouemq; morantur.

Quid attinet spontaneum sibi malum accersere, ac præcipitem se dare in morbum, vbi morborum quotidie tam indicibiles occasiones ingruunt, quas nec licet, etiam si maxime velis, effugere. Nullum æuum mortalibus integrum, atq; inconcussum degitur, imo vt Apelles diem sibi effluere non sinebat sine protracta linea, ita nec nobis tempusculum quãtumuis fugax præterit sine detrimẽto dilabẽtis habitus, quo minus mirum videri debet, si mortem sæpenumero celerius opinione oppetamus. Ex ipso genituræ primordio, & auspicijs nostri exortus, corruptionis fermẽtum trahimus. Id gẽtilicium vocant, ac primitus cõtumax obsistit, ne corpus in eã formã coalescat, quæ humanæ animæ aptissima creditur. Huius manifestam significationem partus præbet, qui cũ in hanc auram effunditur, protinus lachrymis mali sensum contestatur.

Stultũ est spõtaneũ malũ accersere

Quęuas ętas morbis subijcitur

Vagituq; locum lugubri complet, vt æquum est,
Cui tantum in vita restat transire malorum.

Ab ipsa infantia per omnes ætates, & quamuis longam an-

norum

norum seriem decurrere possem, atq; luculenter ostendere (cui enim nō licet in re per se illustri diserto esse) q̄ semper & vbiq; varijs, dubijsq; morbis obnoxij iactemur, nisi alio properaret oratio. Silenus quem Bacchi alumnum vetustissimi fuisse fabulantur, cum aliquando per Phrygiam haberet iter a latronibus interceptus, ad regem pertrahitur, Mydas autē rex, vt primum hominem conspicatus, rogauit quisnā esset, & quanti se redimeret, tum Silenus nomen professus, poetam se esse dixit, & inopē valde, si se gratis dimitteret rex, neq; nudo vestimenta diriperet, velle eum docere, quid maximū a Deo Homini dari possit, & quid secundum. Rex viri audaciam, & ingentem pollicitationē admiratus, si promissa praestaret, se dimissurum spopondit. Tum Silenus accepta discēdi facultate suauissimis modulis hanc sententiam cecinit: Maximum Homini munus a Deo esse, non nasci, mox huic proximum: cito mori, & in primo ipsius vitae limine, si quādo contingat, animam reddere. Nimirum ob oculos referebat, q̄ vastum nimis calamitatum ac miseriarum pelagus statim & a cōceptu, moxq; ab ipso exortu ingrediamur. Neq; tam aerumnosae & infestae nauigationis vllus se portus aperit, nisi ipsius vitę fluctus cōsilescant, & humanus spiritus vnde profectus aduenit, rursus naufragio facto reuolitet. Siquidem innumera sunt, neq; vel lingua, vel calamo explicabilia, quae semper & vbiq; in capitis nostri perniciem excubāt vt, etiam, si quem maxime huius aurae tędeat, nō ad laqueos non ad gladios, aut (quod suppari loco ducimus) non ad lęmargiam cōfugere oporteat. Dij boni, quantae sibi voluptatis authores existunt, quantas delicias sibi conciliant, quantū corporis robur, quantum vigorem animi parant, qui saniore consilio freti ab omni temulentia & pudendis comessationibus temperant, in summam vsq; senectam infracti, & quoad patitur fatalis necessitas, vegeti perueniunt. Galenus narrat Antiochum medicum, cū annos natus esset plusq̄ octoginta, adhuc consueuisse quotidie in forū progredi, aut in eū locum, vbi ciues cōuenissent, qui interim etiam longa via ad aegros visendos pergebat. Caeterū e domo in forum triū ferme stadiorum spacium pedibus cōficiebat, quo etiā modo, si quos prope habebat, infirmos adibat, longius vero si quo

Sileni carmen

Ingens voluptas a crapula temperasse.

Antiochus

erat ambulandum, partim gestatus in sella, partim vehiculo vehebatur. Erat autem ei domi domuncula quædam, quæ hyeme calebat camino, æstate præter ignem, bene attemperatum habebat aerem. In hac mane omnino fricabatur tam æstate, quam hyeme, vtique deiecta prius aluo. In foro autem loco aliquo circa horam diei tertiam, vel ad summum quartam sumpsit panem cum attico melle, plærunque cocto, rarius crudo. Postea cum alijs partim commentatus, partim solus ipse aliquid legens ad sextam vsque horam perseuerabat, ab hac tum in publico balneo fricabatur, tum vero exercitabatur, mox lotus prandebat mediocriter, primũ his sumptis, quæ aluum deijciunt. Rursus in cœna a piscium esu abstinuit, sed boni succi aliquid, ac quod non facile putresceret, sumpsit, vtique aut far cum mulso, aut auem ex iure simplici. Atq; hac quidem ratione Antiochus in senio vsus sensibus illęsis, membrisque omnibus integris ad extremum durauit. Telephus quoque grammaticus prouectior quam Antiochus ætate, vt qui centum fere annos vixerit, is hyeme bis mense lauabatur, æstate quater, medijs temporibus ter. Quibus vero diebus non lauabatur, is circa tertiam horam vnctus est, cum exigua frictione, mox mel optimum crudum alicæ in aqua coctæ permistum esitabat, eoque solo contentus pro ientaculo fuit. Prandebat septima hora, aut paulo citius, primum oleribus sumptis: deinde piscibus gustatis, aut auibus, vespere autem tantum panem ex vino maceratum edebat. Hæc porro blanda sunt moderatioris dietæ stipendia, sunt adoptanda epulationis accisæ præmia. Corporis scilicet integritas, & animi vigor, mens sana in corpore sano. In symposijs cani solitũ commemorat Plato, optimum quidem esse, bene valere, deinde formosum esse, mox diuitias habere nulla fraude quæsitas. Bona profecto valetudo, & pulchritudinis honos nemini adsunt, qui non astricta ingluuie temperanter viuit, qui non studet commerciũ habuisse nullum cum his, quæ intra ventriculum recepta & venas subeuntia tumultũ concitant. Inculpatus habitus, orisq; decor indiuiduis quibusdam vinculis connectuntur, vt illũ si quid temerauerit, protinus hunc quoque corrũpat. Ceterũ suaues illas cõpotatiũculas & inter cõuictores amiculos, crebriuscu-

Telephus

Stipẽdia moderatioris dietæ.

Suaues hilaresq; cõpota-

briusculas ad vim gustum inuitatiũculas, tantum abest, qui insectandas ducam, vt modis multis, atq; id pro mea censura rationibus iustis deprædicẽ. Nam cui libentię, gratiæq; omnes conuiuiorũ incognitæ sunt, quique illarum omnino expers sit, neq; vnq̃ huiuscemodi exercitationes aggressus, si eũ forte, Plutarchus inquit, ad harũ voluptatũ participationẽ cõtingat descẽdere, cõfestim mẽte capietur, & grauibus multarum ægrotationum periculis reddetur obnoxius. Quare congrediendũ nõnunq̃, atq; etiã cominus decernendũ (qđ suis in phidicijs Lacedæmonij factitare consueuerunt) vt si quando vel casus, vel necessitas ad has coitiones impulerit, non statim turpi fuga sodalicio nos subducamus, aut necessum sit in luctuosum aliquem morbum concidere, quin animus calefacto refotoq; spiritu erectior celeriorq; exultet. Discutitur enim, si quid in eo frigidæ tristiciæ aut torpentis verecundiæ concreuerat. Neq; ob aliud Baccho pueritiæ effigiẽ attribuerunt, q̃ vinum, si liberalius potetur, curas & solicitudines dispellat, hilaritatem lætitiamq; inducat. Haud inepte Anacharsis philosophus tres vuas esse dixit, quarũ primam placandæ siti, alteram alacritati dedit, & tertiam ebrietatem gignere, furorem & insaniam accendere ait. Hæc vtinam deorum aliquis præstaret, aut nusquam ex vite prodiret, aut cyathis infunderetur nunquam. Sed ridiculus plane hosce tam inanes ac infrugiferos logos effutio, & aduersus eos querimoniam adacuo, qui nullum ipsi satagunt cum bonis medicis commercium habere. Inuicta contumacia bonis cõmonitionibus obsistunt mali, quoties a prudentioribus erroris incusantur, conuicia pro beneficio regerunt. Edamus inquiunt & bibamus, moriemur enim cras, & post mortem nulla voluptas. Theopompus rex affirmanti cuidam propterea Sparthan saluam & incolumem esse, quod regibus vteretur imperitandi gnaris, imo inquit, & ciuibus, & populo regibus obsequente. Isti contra vociferantur, & præfracti oblatrant. Nihil nobis cum medicis commune, suas ipsi viuendi normulas obseruent, & dimetiantur quantum edendum bibendumve sit.

Nos ritu nostro læti, noctesq; diesq;
Curemus genium, multumq; bibamus ad haustus

Aequa-

tiunculæ non sunt vituperandæ.

Quare Baccho pueritiæ effigies

Mali bonis obsistant

Elegãs Theopõpi responsum

Aequales vinum, ventrem fraudasse nephas est,
Morte cadunt pecudes. At qui non massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres.

Qui cum in ægrotationem incidunt, & tremulos artus lapidosa chiragra obsidet, vti cibum nequeāt suis manibus admouisse ori, aut ob podagram sic alligantur, vt alienis pedibus ad gressum egeant, & inuisum onus in lectulis baiulent seu alterius morbi ex intemperantia vis vietum corpus affligit. Tum in consilium adhibēt nō peritum aliquem artis, & modestum virum, sed logiatrum, atque insignem in deplendis poculis cōmilitonem, huius sese fidei & industriæ excordes cōcredunt. Nimirū ebrietatis & crapulæ sæpius labores in se perpessus tā putidis ingenijs obseruire prōptissime nouit. A vipera morsum ferunt nolle cuiquam indicare, q̄ grauiter crucietur, nisi huic soli, qui similiter ægrotarit, cum facilius ignoscat mali nō ignarus, si quid deliret afflictus. Impudentiā hanc libro primo de mededi methodo Galenus acriter insectatur. Mane, inquit: omnes salutationibus publice occupati in alia munia distrahuntur, ad lites non exigua turba, ad salutationes & aurigas alia turba maior. Iam vel aleæ, vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel cōmessationi, vel demum alicui corporis voluptati deditus sane non exiguus numerus. Vesperi vero rursum omnes ad symposia publice collecti, vbi postquā vino se impleuere, nō lyra, cytharaue, aut aliud musicū instrumentū circunfertur. Qd' sicut olim in huiusmodi cōgressu tetigisse honestū, sic cōtra, nō cōtractasse admodū erat turpe. Sed nec sermones vlli habent, quales in symposijs agitari solere veteres prodiderunt, nec aliud honestum quicquā. Imo inuicem sibi propināt, & de magnitudine poculorum certant, vtpote inter quos optimus censetur, nō qui plurimis instrumentis musicis, aut etiā sermone philosophico vti nouit, sed qui multos, eosque maximos calices exiccant. Adeo mihi mane etiā ebrij videntur ex his plerique, nonnulli etiam tam plane vinum olere, q̄ si modo hausissent. Eoque fit, vt quoties ægrotare cœperint, medicos aduocent, non

Quales medicos in consilium vocēt intēperantes.

quidem optimos, vtpote quos per sanitatem noscere nunquam studuerunt, sed eos, quos maxime familiares habent, quique ipsis maxime adulantur, qui & frigidam dabunt, si hanc poposcerint: & lauabunt cum iusserint, & vinum niuemque porrigent, & quicquid iubebitur, mancipiorum ritu efficient. Horatius inquit:

Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula, quamuis
Nocturnos iures te formidare vapores.

Verum quando nihil iuuerit, quam acerba & potenti oratione hos perstrinxeris, & frustra sit omnis coaxatio, operæpretium facturus sum, si nec verbulum addidero. Semel sua nomina infames Cereri, Bacchoque dedere, cauponas, atque œnopolia supra aromatum, aut rerum quālibet præstantium tabernas amitant. Quis ergo valere iussis, ad ea sermo conuertatur, quæ explicanda desumpsimus. Illi exedant quicquid intriuerint. Ne tamen ab his aris prorsus vacui discedant (profuit enim nonnunquam beneficium in parum meritos collocasse) id admonitum habeant, ne indulgentes temulentiæ in vasis bibant ex taxo detornatis, vina enim his infusa mortem afferunt. Sed apud Indos narrat Philostratus asinos esse syluestres, quibus e fronte extuberat cornu, quo taurorum more generosissime pugnant & hanc gentem ex his cornibus pocula conficere, neque morbis vllis corripiuntur, quo die in hisce potitant, nec item vulnera dolent, si quæ accipiunt, & ex igne redeunt incolumes. Ergo per mare, per terras, & per discrimina mille, hæc sibi conquirant asinorum cornua ab Indis. Corpus cum ea compage coagmentatum sit: quæ obnoxia resolutioni deprehenditur, tam firmum validumque consistere nequit, vt non commoueatur a primigenia temperatura, etiam si qua haud omnino pœnitenda contigit. Nempe ad hanc demoliendam preter intestinas causas extrarię quoque multę concursant, & coniuncta opera in id incumbunt, vt resoluatur ac dissipetur quod amico complexu concretum cohęsit, neque infestę conquiescunt, donec victrices peruicerint. Vtrisque quomodo obluctandum sit, & earum comorsio queat debilitari, ne nos ante tempus, & expletos numeros in libithinę rationem transmittant, hic mihi labos est, & proposita disquisitio. Non quia tauri sanguis mortiferum

Nō est bibendū in vasis ex taxo formatis

Asinis Indis cornua apta poculis

Duplici ex causa corpus atteritur

Elegās cōparatio

virus homini perhibetur, ideo taurum aut nō nasci, aut exanguem dari oportebat, cuius viribus ad tot tantaq; ministeria quotidie vtimur. Nec vinū quoniā multis exitio est, ideo gigni nō debebat, cuius quanta sit commoditas, & quis vsus, neminem fugit. Sic quas causas dicimus vitæ nostrę populatrices, non ob id negatas oportuit, quia sine ipsis nec eramus futuri. Deus naturam excubitricem dedit ad eas res cognoscendas, ex quarum inflictu formidandum est malum. Medicinam quoque addidit, vt vtraque alteri adiumento foret.

Medicinę partes duæ

Hanc mortales in geminas partes diduxere, quæ contraria inter se officia partiuntur. Prima corporis statum, si quis cōtigit non pœnitendus, tuetur. Altera si quid turbæ exoriatur, ad compescendos humorum fluctus, & restaurandam integritatem pertinet. Prioris tractationem persequemur,

Galenus non obseruatur a quoquam

& dabimus non qualem Galenus suis Græcis præscripsit complectentem tot motionum, tot exercitationum, tot vectionum, frictionum, vnctionum, balnearum, thermarū, sudationum, excretionum, cibationum, tot & tam discrepātes aliarum rerum formulas, vt mihi nequeat persuaderi, exactā obseruationem a quoquam meruisse. Quemadmodū Plato rempublicam conscripsit a laudatis viris laudibus multis celebratam, quā tamen nulla gens pro cōmoda vsurpauit vnquam.

Docti sæpe q̄ magis specio sa quam vtilia ędunt.

Ingeniū rara doctrina prestans, vbi suū explorat acumen, & tentat eruditionis suæ specimen exhibere, nonnunq̄ ea ædit quæ admirationem magis implent, & plausibilia affatim delectant, quā in præsentē vsum valde conducibilia. Verum Germanis, aut agrestibus alijs, barbarisq; hominibus nō se sua condidisse Galenus palā denūciat, non magis q̄ Vrsis, Apris, Leonibus, & id genus animātibus, sed Gręcis, atq; ijs qui Gręcorū studia æmulantur. Germani profecto robustiores sunt, quā qui indigeant cura tam exquisita, & cordatiores quā qui impendāt fouēdo corpori potiorē tēporis partem. Ab illo tamen quæcunque putauero vtilitatem allatura, trāscribere & hisce nostris lucubrationibus immiscere nō trepidabo. Quod ante me in suis vniuersis, vt neothericos taceā, Aetius, Paulus, Trallianus, factitare non dubitauerunt, quin

Galenus Hippocratem cōpilauit.

Galenus ipse Hippocratem se compilasse ingenue fatetur. Nullum, inquit, ob eā rē in commentarijs mihi libuit enarrare volu-

re volumen Hippocratis. Quęcunq; enim arti vtilia ab eo didicisse oportuit, ea sunt in multis a me voluminibus pariter cum proprijs enarrationibus comprahensa. Iam amabilis indefessę lectionis fructus est, æmulatione quadã exprimere, quę ꝓbas, aut in aliorũ dictis pręcipua admiraris. Neque exiguã laudem meretur, qui in vsum suum oportuna deriuatione conuertere talia callet. Gratũ q̃q; viatoribus esse solet, eorum vestigia sequi, qui recte ambularunt. Et optimi nauclerì est ea arte cursum tenuisse, qua plurimi citra periculum in portũ facile delati sunt. Ergo sanitatem in primis diffiniemus, atq; eã constare dicimus ex eucrasia familiariũ partium & symmetria instrumentalium, esseq; habitum, cuius vigore humanæ operationes incolumes procedũt. Similares partes dicuntur, os, cartilago, neruus, caro, cutis & quarum quãlibet portio toti in appellatione respondet. Instrumentales, manus, pes, oculus, & reliqua membra ad ministerium aliquod ex discrepantibus substantijs consistentia, & quorum non quæuis particula eandem cum suo toto nuncupationem sortitur. Cum cuique similarium optima sua crasis accidit, tum hæ qualitates in vnam temperaturam coeunt, quæ animantis bona complexio nominatur. Cum cuiq; instrumentalium sua figura, magnitudo, positio, & alia ad numeros perfectionis pertinentia adsunt, tum iustam animantis symmetriam edunt. Hæc duo coniugata inculpatam sanitatẽ cõstituunt. Permagnã esse sanitatis latitudinẽ nemo, vel me tacẽte, nescit, in ea eñ maioris, ac minoris ratio luculẽter deprehendit. Quippe q̃ se ꝓbe valẽtes prędicãt, nõ oẽs ęque ac pari facultate vigẽt, prout hic illo sanior existit. Neuter tamẽ ægrotat, q̃uis alter altero imbecillior sit. Imbecillitas functionũ haud morbi statũ nota cẽsetur. Sicuti albũ corpꝰ aliud magis, aliud minus albet, ita sanũ, sospesq; dicimus, ac tale aliquid magis, minusve fatemur. Nõ qui recte habent, oẽs oculis æque integris cernunt, sed alij alijs acutius. Neq; auribus ad eundem modum omnes celeriter exaudiunt, sed hic quoque diuersitas non exigua in excessu ac defectu comperitur. In gustu, in olfactu, cæterisque tum animi, tum corporis, seu ipsius potius animantis sensibus similis est comparatio. Quare non vnus est, simplexque corporis habitus,

Lectionis fructus

Ex quibus cõstet sanitas

Sanitatis magna latitudo

ſed duplicem in genere huius ſubſtantiam ponimus. Vnam de qua queri omnino non ſit, hęc aut nunq̃ extitit, aut (cōſentaneũ id apparet) in primo tm̃ parente, neq; diu, exactiſſima conſtitit. Altera ab hac ſumma & eximia tẽperatura declinat de qua & ſi queri liceat, humanis tamen vſibus inepta nõ reperitur. Quæ rurſus in varias & in indicibiles funditur, oẽs tamen intra ſanitatis ambitum claudũtur. Verum vt illa victũ ſuis qualitatibus ſimillimũ ad tutelam expetit, ita hęc dieta, quod deprauatum eſt, caſtigante indigẽt. Inſicciorẽ enim naturam delapſæ humidioribus, & in humidiorẽ ſiccioribus ſunt recreandę, quo modo & frigoris, caloriſq; exceſſus reprimendi. In ſumma tantam bonæ valetudinis latitudinẽ concipere oportet, quantũ capit interuallũ, quod eſt: vitę munia citra vllã reprehenſionem explere, & alicubi vacillare, truncaſq; operationes, citra tamen ſenſibilem offenſionẽ ædere. Ab ea intẽperie, quæ in hoc interſtitio citima eſt, mox morboſa ſequitur, niſi quis neutrũ corpus interijciat, id ſane p̃ me licebit, & ſi Plato tale conſtanter neget. De curanda ſanitate pręſens eſt labor, & ipſam rem a primordijs auſpicabimur

Quid pmit- tat author.

Doctrina quę per rerũ elementa traditur, reliquas inſtitutiones & compendio, & perſpicuitate antecellit, ea enim de quibus tractat, memoriæ fidelius inſinuat, & fugitiua reminiſcẽtiæ prõptius ſuggerit. Si corpus eſſet impatibile, & nulli affectioni obnoxiũ, nullam artẽ poſceret, quæ eius curæ pręeſſet Nunc cũ innumeris perturbationibus expoſitũ ſit, & multiplicata ſupra arenã maris aduerſantia exiſtunt, propiciã ſibi efflagitant artem, quæ cuncta eius incõmoda perſpicere, & ab ijs tueri ipſum poſſit. Immortale inquit Galenus, qđ genitum eſt, fieri nõ poteſt, tametſi noſtri temporis philoſophus quidã in egregio ſcilicet opere illo, in quo immortalitatis viam docet, id oſtendere ſit aggreſſus, vt vero in plurimũ duret tempus, id fieri poſſe profecto cõuenit, præſertim eius, qui optima natura præditus ſit.

Homo poterat non mori

Hominẽ architectus Deus finxerat in eum modum, qui poterat nõ mori, & ſine violẽto interitu in æthereã ſedẽ cõuolare. Sed poſteaq̃ improſpero læ tiferi anguis dolo deceptus herile imperiũ violaſſet, fructum vetiti ligni arrodens, mox cõmutata ſunt omnia. Et qui non guſtato ærũnoſæ mortis aculeo tranſferendus erat in empyreum

reum

retum cœlum, & copulandus beatis spiritibus, hic ineffugibili sentẽtia offensi iudicis dãnatur, vt in sudore vultus sui vescatur pane suo, donec in terram de qua sumptus est, reuertaẽ Quia puluis est (inquit Deus) & in puluerẽ reuerteris. Necq̃ vnica reperta est rima, simplexq̃ via, per quã hosti aditus est & constratũ iter depopulãdi. Præter eã enim, quæ extrinsecus aggrassantibus patet, geminas ex semet homo pãdit, duplíciq̃ ratione consumitur. Vna per adnascẽtis ætatis decursum & assiduum substantiæ nostræ fluorem occidit. Incommodum hoc ex principijs & rudimentis nostræ coagulationis manat. Principia quidẽ sunt in cõgressu Venereo vtriusque parẽtis excrementa, quæ cũ mutuo & amico cõfluxu adiunguntur, locorũ calore, in quibus cõsistunt, fota, in humanum corpus coalescunt. Sed diuersa inter se officia partiũtur, quod ex patre auulsum cohæsit, artificis ac fingentis rationẽ obtinet, ipsumq̃ opificiũ pulchre perficit, modo apta materia nõ frustretur. Fieri enim potest, vt vis prolifica exundantis sanguinis copia obruatur, aut eiusdem penuria abolescat. Non aliter, q̃ lucernulam præfocari conspicimus, si plus olei affundimus, q̃ ipsius igniculi modus poscit, aut si nullũ omnino oleũ, vel etiã parcius sumministramus, destituta fomento emoritur. In palustri quoq̃ & vliginoso loco si quid seminaueris, prę inutilis humoris affluẽtia cõtabescit, in arido ac siticuloso sparsum marcore cõsumitur. Itaq̃ cũ in muliebribus locis virile defluuiũ cõsidet, ac parat quid attollere in humanã speciẽ, par est, ne nimia sanguinis vbertate permadescat: aut huius iterũ inopia prematur. Exiguũ quidẽ affusum oportet, q̃q̃ nec satis iusta ratione id, quis exiguũ dixerit, q̃d influxum seminis facultati cõgruit. Et hãc sanguinis deriuationẽ ipsa sibi tẽperat vis fœtifica, & cor parãdi potestas, cũ obsequibilẽ nacta est. Vt lutũ sibi nõ diffinit, quãtum satis sit ad vas fictile, sed figulus, nec marmor sibi modũ scribit ad statuam, sed Phidias. Sed quod in animabili excremẽto artificis locũ tenet, tantum humoris quotidie ex maternis epistomijs attrahit, quantũ operis incrementũ exigit. Quamobrẽ ferentibus vterũ, q̃uis fluor non erũpat mẽstruus, nulli tamẽ oboriũtur labores, aut quales morbi, inanes mulierculas infestant, quibus cõtra naturæ cõsilium nõ it cõsueta vacuatio.

Coagulationis humanæ rudimenta

Fœtifica vis attrahit quantum probe coquit.

Quibus muliebria retenta non nocent.

In illis enim, si non vno impetu per venas extra feratur, sensim nullo non die in locellos extillat, & absumitur in fœtus alimoniam. Nō gestantibus colligitur in vasis, nisi ex menstruo interuallo profluat. Vnde in his oppilationes, distētiones, flatus, & omnimodi tumultus excitantur. Corporationis ergo materia est maternus sanguis, opifex masculinū semen. Quibus principijs nō vna assimilisq; temperatura, sed sua vtriq; discreta est, qua alteri coniunctū in geniturā coit, & iterum deprehenditur diuulsionis occasio. In semine plus igneæ substantiæ atque aereę pollet, in sanguine plus aqueę, terreæq;, non quod hic gelidus sit, & nullo calore prędítus aut etiā siccus, & nulla humiditate fluēs, cū in ipso & calidū frigido, & humidū sicco pręsideat. Semē (qď Pythagoras probissimi succi spumā dicebat, Alcmeō cerebri partē, Plato vertebralis medullę defluuiū, Epicurus cōuulsum quiddā a corpore & anima) sanguine siccius est, nō tamen hac collatione extra humidorū classem recidit, quoniam ipsum quoq; plane humet, qua ratione & ex patris, matrisq; substātia, humidam esse genituram constat. Galenus ait: Infans in summo humidus ac veluti maris alga paritur, nec in visceribus tantū, aut carne, sed etiā ipsis ossibus, quę scilicet omnium in nobis partium aridissima sunt, & item reliqua cū his membra quasi cęrea sunt, vt ea nutrices fingant, formentq;. Quod si recēs æditum porcellum dissectum inspicias, carnem quidē eius præhumidam, osseum vero vniuersum genus caseo, qui modo coagulatus sit, persimile, adeo vt nupernati animalis corpus propter redundantem in eo humorem libens nō comedas. Attamen ipsam prorsus mollem geniturā seruari congruū nō erat, plęraq; enim ex membris sicciorem temperaturam deposcunt, vt ossa, nerui, arteriæ, venæ, cartilagines, aliaq; id genus. Quæ etsi in exordio ac primitiua constitutione ad tactum plane lenta hument, & pro arbitrio fingentis manum sequacia non recusant, Homo tamen vbi ad summum roboris sui vigorem peruenerit, & adeptus fuerit plenā increscētis ætatis maturitatem, hæc ipsa etiam ad tactum habere sicca debet, & tenacia. Principium generationis tale oportuit, quale commodissimum esset, ad indipiscendum perfectionis terminum. Quare cum suprema firmitudinis humanæ

Semen maris opifex, maternus sanguis materia

præstan-

præstantia, & æui nostri medium longius distat a prima teneritudine, & ab ipsis incunabulis, decuit coagulationis rudimentum tam humidum esse, vt extensile ad iusti incrementi fastigium perduci posset. Nihil vno eodemque momento & nascitur, & absoluit, in naturæ rebus certa progressio cernitur. Sic in versiculis nostris. Nihil simul nascitur & absoluitur.

Tempore cuncta trahunt iustas animantia vires,
Et natura potens ordine quæque vehit,
Quem taurum cernis, vitulus fuit, hagnus ouis fit:
Redditur ex annis apta puella viris.

Iam ne vuida nimis, & inexcicabilis massa permaneret, iniectum oportuit, quod pro temporis oportunitate cogēda cogeret. Id maxime ignis est, sed tamen & terra, cuius plus principijs immisceri non erat ex re, si & humida hæc esse debebant. Caloris tantum accessit, qui nec torreat, vratve, sed pro figmenti ratione stringat, siccetque. Ab hoc quod in muliebribus locis in vitæ spem subhæsit, primitus concrescit, & coagmentatur, mox in quædam veluti lineamenta, & futurorum membrorum discrimina extrahitur. Post hæc densatum magis & assiccatum artus accipit, & tandem corporatū hominisque formā induit. Cæterum effusus ex vteri latebris in hāc auram pusio, viribus & magnitudine accrescit, in quo accremēto humiditas cōgenita sensim absumiť, ipsusque reddiť siccior, sed citra vllā functionū imminutionē, donec puētū sit ad augmēti summū culmē, neque vltra pgredi detur ossibus per siccitatē nō sequacibus. In quo quidē articulo tā plenas habet omnes & corporis & animi facultates, vt ijs ad perfectionem nihil amplius adijci queat. Ab hac porro exacta maturitate, & in eo, quod sequiť, tēpore, cū siccitas supra modū intēdatur (nō enim hic remittitur humidi exolutio, in quo animalis bona valetudo cōsistit) tū corpus ipsum macilentius atque gracilius efficitur, & iā vltra siccatū interraditur in rugas, strias, sulcos excauatur. Artus ipsi inualidi atque incōstantes ad omnē motū vacillāt, & quę bona noīa in prestādis officijs pollebāt, atrophia & marcore exhausta cū iterpellātur, nō respōdēt. Affectio hęc seniū dicitur, cuius terminus humore prorsus exorpto mors nuncupatur, & est animalis interitus, quem effugere nulla ratione licet, nisi quis ad volupta

Progressus humanę vitæ

Senium, cui⁹ termin⁹ mors

voluptatis hortum enauiget, atq; edat de ligno vitæ.
Inter mortales nullo discrimine mors est,
Omnes supplantat conditione pari.

Altera quæ ex nobis seu intra nos occasio expullulat, tam diligentem curam, & exactã obseruationẽ expetit, vt vix eius aculeus quouis studio declinari queat, & ꝑpauci sunt, quos in huius fauces non incidere cõtingit. Imo dicam: quod res ipsa proclamat, nemo tam beatus, & tã institutus bene, qui nõ clandestinis huius insidijs tandẽ succũbat. Egregiã nauauit operam, & bellas excubias egit, cui rarẽter cũ morbis negociũ fuit, neq; ante canos receptui cecinit. Tota animantis moles cũ in cõtinuo fluore existat, & quolibet tẽporis momento exteratur, nõ exiguus metus incũbit, ne ipsa vita dissipetur, si nõ quid aliud exprõptũ succurrat & subeat in eius locum quod auulsum defluxit. Quemadmodum lucul ẽtus ignis paulatim emoritur, cui aptum fomentũ nõ subijcitur. Genitale semen (id iã diximus) in fœmineis locis vbi cohęsit cõfestim pro sua vi fugit, trahitq; ex venis materni corporis sanguinem in futuri operis nutriturã. Opificiũ suis iã numeris cõstans cœlitus diuinũ flatũ suscipit. Animam dico, ad cuius illapsum abolescit ea vis suo munere defuncta, quæ in genitali semine præfuit fingẽdo corpori. Omniũ ergo functionũ moderatrix & dispensatrix succedit anima, quæ protinus fugã meditatur, nisi alicũde affluat materia in pabulũ viuifici caloris, & incrementum animantis idonea. Materia hæc sanguis est ex maternis riuulis delachrymans in viscera cõcepti, per eã venam, a qua in vtero libratur. Huic tamen sententię omnes nõ subscribunt. Hippocrates in eo quẽ de carnibus dedit: Puer, inquit, siue fœtus cũ in matre est, labijs clausis sugit, & attrahit de matris vulua, locellisve nutrimentum, spiritumq; cordi præbet, & immittit, qui quidem calidissimus in puerulo est. Cũq; mater spirat, respiratve, calidũ, caloremve, motũq; corpori, cæterisq; eius mẽbris omnibus præbet. Si vero quis petat, quo pacto quisquam hoc sciat, ꝙ puerulus in matris vtero hoc agat. Quis hoc respondeat, ꝙ puerulí cũ in lucẽ dantur, & edũtur, stercus in intestinis habere visuntur, simulq; ac ęditi sunt, oletant tam pueruli, ꝗ brutula animantia. Quod si nõ esset, nunꝗ cum primum puerulus natus est, matris

Propter continuũ fluorẽ corporis necessariũ est qđ succedat.

Anima oĩm dispensatrix.

tris mammã sugere sciret, nisi hoc in matris aluo didicisset. Nequeo mirari satis, quid Hippocrati in mentem venerit, qui hoc loco alimentum sugere & fellitare conceptũ asserat, cum aliis plerisq; locis, & præsertim libro de octimestri partu sic habeat. Præterea vmbilicus per quem & cibũ & spiritum trahit, cũq; matre cõmunicat, solus ex omnibus corporis partibus cũ partus intus est: semper patet, cũ vero exiuit, clauditur, & extenuatur. Nã semina & fructus cũ pleni sunt, & maturi suapte defluentia separantur & decidunt, Sic pueris maturis & perfectis vmbilicus obthuratur. Priorem quidem assertionem, si paululum iuuat excutere, argumẽtis nõ admodũ efficacibus cõfirmat. Oletulum enim recens nati nõ est retrimentũ alimenti per bucculas sucti, sed est sanguinis redundantia, & feculentia succi interaneis, visceribusque per vmbilicũ in alituram affluxi, quę colligitur ac stabulatur ministerio expultricis facultatis in vacuitate intestinorum, tanq̃ apto & idoneo loco. Quod subiicit, in vtero suctũ cõdiscere, nemo nõ intelligit, q̃ id frigidum sit, parumq; Hippocraticum. Natura cum tẽpestiuũ est, indocta quasq; suas functiones sine præmeditatione per cõgruentia organa probe exercet. Huius tamẽ opinionis Democritũ fuisse perhibẽt, papillulas enim quasdam fœmineis in locis dicebat insertas quibus osculum sugens fœtus admouet. Alcmeon per rimulas, totiusq; corporis poros ali existimabat, atq; in spõgię modũ alimentum imbibere. Extra controuersiam liquidissimũ est, quod in vtero iam conformatũ palpitat, & vt iustũ incrementum, robur, firmitatẽ induat, seq; ab vrgente ac celeri interitu vendicet, præsenti nutrimẽto indigere. Nihil exordiũ tam fœlix sortitur, quod aliena ope, ab artifice iã veluti emãcipatum non egeat, quod non habeat opus defluuia, & detrimenta restaurante. Sic est in nostris versiculis.

Hippocrates sibi aduersus videtur

Fœtus in vtero nõ ore sugit.

Res sine continuo perdurat fomite nulla
Corpus inarescit deficiente cibo,
Et nisi vitalem succum pluat humidus æther,
Attollit nullas debilis herba comas.

Imo hac ratione laudatũ olim Alexandri Magni iudiciũ cõperio. Vitruuius narrat Dinocratem architectum cogitationibus & solertia fretũ, cũ Alexander rerum potiretur, profe-

Alexandri laudatũ iudiciũ

ctum a Macedonia ad exercitum, regiæ cupidum commendationis. Is e patria a pp̄inquis & amicis tulit ad primos ordines literas, vt aditus haberet faciliores, ab eisque exceptus humaniter, petiit, vti q̄primũ ad Alexandrũ perduceret. Cũ polliciti essent tardiores fuerũt, idoneũ tẽpus expectãtes. Itaque Dinocrates ab iisse existimãs illudi, ab se petiit præsidiũ, erat eñ amplissima statura, facie grata, forma dignitateq; sũma. His igit̃ naturę mũeribus cõfisus vestimẽta posuit in hospitio, & oleo corp9 perũxit, caputq; coronauit populea frõde, leuũ humerũ pelle leonina texit, dextraq; clauã tenẽs icessit cõtra tribunal regis ius dicentis: Nouitas populũ cũ auertisset, cõspexit eũ Alexander, & admirãs iussit ei locũ dari, vt accederet, interrogauitq; quis esset. At ille: Dinocrates inq̃t, architectus macedo, q ad te cogitationes & formas affero digñas tua claritate. Nãq; Athõ mõtẽ formuai in statuę virilis figurã, cuius manu leua designaui ciuitatis amplissimæ mœnia, dextera paterã, q̄ exciperet oẽm fluminũ, q̄ sunt in eo cõditę, aquã, vt inde in mare pfunderetur. Delectatus Alexander ratione formę, statim quęsiuit, si essent agri circa, qui possent frumentaria ratione ciuitatẽ tueri, cũ inuenisset nõ posse, nisi transmarinis subuectionibus. Dinocrates inquit: attẽdo egregiã formę cõpositionẽ, atque ea delector, sed animaduerto, vt si quis eduxerit eo loco Coloniã, fore, vt iudiciũ eius vituperetur. Vt enim natus infans sine nutricis lacte non potest ali, neque ad vitę crescẽtis gradus perduci, sic ciuitas sine agris, & eoꝝ fructibus in mœnibus affluẽtibus nõ potest crescere, nec sine abũdantia cibi frequentiã habere, populũque sine copia tueri. Iã qui fabulis omnia adumbrant, aiũt certis conuersionibus cœli astrorumque motibus quandam olim maturitatẽ extitisse serẽdoꝝ animaliũ. Itaq; terrã nouã animabile semẽ retinentẽ folliculos ex se quosdã in vteroꝝ similitudinẽ ptulisse, eosq; cũ maturassent, ruptos animãtia tenera effudisse. Deinde terram ipsam humore quodã, qui esset lacti assimilis, exuberasse, eoque alimento enutrita succreuisse. Aegyptii quoque homines primum in Aegypto productos afferũt, partim pp̄ter cœli temperantiã, partim pp̄ter Nilũ & nasci, & educari potuisse. Huius quidem irrigatione fluuii tã fœcundã esse terrã hãc cõstat, vt ad hominũ vsum nulla alia fe

Veritas fabulis adũbratur.

racior

racior scribatur. Quis negat cōsentaneum esse, cum assiduo fluore quicquā deteritur, imminuitur, & sibi nō sufficit, nisi quod ruinā restauret, extrinsecus accedat, idipsum properare in interitum, neq; posse diu superesse, eoque celerius interit, quo plura in demolitionem machinantur. Corpusculum nostrū non solū vnius, alteriusve improbitate lacessitur, sed multa irrequieta coeunt, & quasi facta cōiuratione in internecionem conglobatim congruūt. Calor inprimis qui nobis connascitur, etsi is sit, cuius beneficio vegetamur, & sine quo mēbrorum omnium operationes omnes collabūtur, tam edax tamen, & violentus existit (tanq̄ gladius melle litus) vt vitæ nostræ nutritiū succū depascatur, interiora viscera, carnēque circunfluam polyphagus impetit, arrodit, descalpit. Atque id verū est, q̄ huius machinatio nō protinus vllo sensu depræhenditur, sed post dies & in ipso ætatis decursu nō fuisse edētulum intelligimus. Sunt tamen qui naturæ calidum nō exiccare contendant, neq; rationibus omnino vanis, & in aliud elementum hanc iniuriā reijciunt. Exin neminem tam insensilem saxeūq; crediderim, qui non plane sit expertus, quanta calamitate mortales circunfusus aer afficiat. Vt Protheus in multimodas formas se cōmutabat, sic & varius hic, nulloq; certo habitu descriptilis conspicitur, modo feruidus in imos corporis recessus penetrat, & epotat dulces fonticulos, ex q̄rū benignitate siticulosa mēbra saturātur, modo frigoris acerbitate importunus frāgit, debilitatq; vires. Nūc flatibus, imbribus, nūc niue, grādine, nūc fulmine, tonitru infestus vrit, Quin cū maxime placidꝰ trāquillusq; blāditur, nō cōquiescit cauculario defrictu populari. Noxios preterea cœlos statuūt & cœlorū vertigines, sydera & syderū cōuersiones. Mox & artes mechanicas, labores, exercitia, famē, sitim, metū, pauorē, irā, omnēq; animi immoderatā affectionē infamant. Vt ligna carie, saxa situ, & ferra rubigine consumuntur, sic & suas erosiones mortalium corpora patiuntur. Natura tam multiplici, tristiq; dispendio mederi cupiens cibū suppeditat, quo iacturam hanc vtcunq; pensemus. Lucretius inquit,

Calor innatꝰ nos aterit.

Circumfusus aer nos afficit

Cœli non innoxij

Cibus corporis iacturā pensat

Illud item non est mirandum, corporis ipsa
Quod natura cibum quærit, cuiusq; animantis
Quippe etenim fluere, atq; recedere corpora rebus

Multa modis multis docui, sed plurima debent,
Ex animalibus his quia sunt exercita motu,
Multaq; per sudorem ex alto pressa feruntur,
Multa per os exhalantur, cum languida anhelant,
His igitur rebus rarescit corpus, & omnis
Subruitur natura: dolor quam consequitur rem,
Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus,
Et recreet vires interdatus.

Ergo exolutio hæc cum & intra septa, latebrasq; materni sinus cōceptum adoriatur, necessum habet alicunde suppetias petere in quē vsum ex proximis epistomijs sanguinem trahit. Proiectus in lucē ilicet in māmas fertur, in quibus opera naturæ prouide confectum lac cōperit. Grandescens & iā ad epulationē prōptior radices, herbas, fructus, semina, baccas, glādes, fruges, carnes, pisces omniuorus mādit. Neq; ab hoc studio, & ab hac edundi cupiditate cessat donec lachesis fatale stamen extēdit. Admirabilis profecto aliturę ratio est, & omnino incōprehensibilis cogitationes nostras sui contēplatio defatigaret, nisi quotidiano euentu quædā veluti satietas obstaret. Quis nō loco miraculi ducit, q̄ ex cibo simplici atq; vniformi mēbra tam discrepantia nutriantur. Ex maceratis in ventriculo palmulis & nerui & venæ, & arteriæ, mēbranæ, ossa, medulla, caro & quæ sunt cætera vegetantur. In lente quoq; suā alimoniam membrū quodq; cōperit. Neq; spes hæc in cōmanducatis olusculis intercidit. Adeo prorsus nihil est, quod in alibilium classem referri mereatur, quin intra se sapiētis naturæ beneficio claudit, quo vniuersum corpus recreetur. Hoc tam euidenti argumēto illectus Anaxagoras non formidauit similaritatem astruere rerū principiū. Cui inexplicabile videbatur, quonā modo ex eo, quod nusq̄ esset, quid exoriri posset. Proinde inquit, cū eduliū sumimus vnigenū, quo & capillus alitur, & cutis, & vena, & caro, in eo necessum est esse, quæ vsq̄ sunt omnia. Quale symbolum, & vnius in alterum procliuem transmutationē Homœomeriā appellauit, eamq; rerū elementū cēsuit. Neq; absimilis est in terræ fœtibus nutritura. Quæcunq; enim semina feracibus agris credūtur, in his paratū inueniunt alimentum, quo imbuta statim turgent, mox fruticantur, deinde adolescunt, & in ple-

Admirabilis est aliturae ratio

Anaxagoras de rerum principio

Terræ semina quo succo nutriantur

in plenum tandem robur perueniunt. Non est in ipso solo succus aliquis ea tẽperatura cõmistus qui cuiuis seminio indifferens nutrimentũ suggerat, sed certum est, in eo quid cõcretũ latere, & vnũ quid multiplex esse, omnis odoris, saporis, coloris & reliquarũ qualitatum fomenta cõplectens. Q̃d tamen neq; olfactu, neq; gustu, neq; obtutu, neq; sensu quopiam discerni potest: Id singulis distribuitur, trahiturq; p cuiusq; habitudine in congruentẽ pastũ. Quale humidũ rest sibi li terræ natura præbuit, Quales itẽ trahendi & intersecãdi facultates nascentibus indidit. Sic in vitem, in Morum, in Myrtum vinosus latex secedit: in Oleã, Laurũ, Nucem pinguis: in Palmulas, Ficus, Glãdes dulcis: in Nasturciũ, Origanum Satureiam acris: in Absinthium, Abrotanũ, Centauriũ amarus. In arboribus quoq; & fruticibus assimilis nutricatio fit, & cuiusq; cortex, liber, caro, caudex, ramus, surculus, folium flos, fructus, semẽ ex cõmuni pascuo propriũ sibi pabulum surripiunt. Theophrastus inquit: Acria quædã serere consueuimus iuxta coronarias herbas, vt cepas & allia, q̃ iuuare ad creandã odoris suauitatem affirmant. Quod si verũ narrãt, alterũ ex duobus illis causam dixerim, aut, q̃ quantũ mali odoris adsit, hæc detrahunt, alitur enim vnũquodq; re sibi simili, quodq; sibi cognatum sit, attrahit. Itaq; parte illa aliena sublata, odoratius relinquitur, aut q̃ locũ sua edacitate & caliditate exiccent, siccis enim locis omnia proueniunt odoratiora. Nunc & huc oculos obflectamus, ac designata contemplemur instrumẽta, in visceribusq; esse nõnulla cõfieiendis epulis cõmoda. Et vt nõ vna, simplexq; concoctio existit, sic & varia sunt hæc, multaq;. In homine ciboꝝ & potuũ conceptaculum, ventriculus appellatur, qui præcordijs subiectus excipit, perficitq; quicquid per os ac gulã traijcitur. Neq; diuersas sedes habent cibus & potus, sed coniunctim, sociaque cõfusione stabulãtur. Nõ in hanc regionẽ hic pertẽdit, & in aliam ille concedit, eiusdẽ loci cõplexu pariter suscipiuntur. Platonem ferunt distinctos tramites statuisse, & q̃ liquida p tracheam arteriã in pulmones cõfluant. Nec huic argumẽta defuerunt, quibus opinionẽ suam cõfirmaret. Sed Hippocrates, Erasistratus, Galenus, & euidentia rei palã reclamant. Cõstat geminas fistulas animantibus naturã dedisse. Alterã,

Quare acria iuxta odoras herbas serim⁹.

Ventriculus ciborũ ac potuum conceptaculum

Animãtibus geminæ sunt fistulæ.

qua spiritus, atq; vox commeant, epiglossis operit, ac recta in pulmonem fertur. Pulmo spirationis est officina, attrahẽs & reddens animam. Quod si quid potus aut cibi inter epulandum huc deerrauerit, confestim tormina, strangulationes, pertussis oboriuntur, etiam nonnunquam accelerata mors, quam Anacreon poeta deuio vuæ passæ acino oppetijt, & Fabius prætor in lactis haustu vno pilo iugulatus. Quapropter epiglossim molita est natura, quã sub ipsis faucibus in fistularũ coitu collocauit. Cui delegatũ est, suo illapsu tracheam occludere, ne quid de cibo incidat. Quæ cum spiramus, ignara sui muneris resilit, ac colligit se, viam præbens spiritui. Galenus quarto de medendi methodo etiam per hoc iter potionis nonnihil percolari existimat. Ad vlcera inquit, quæ in aspera sunt arteria præcipiendum, vt supinus quam diutissime in ore teneat, garganisset, ac omnes, qui illic sunt musculos relaxet, remittatque, influit enim sic sensim & paulatim de medicamento aliquid sensibiliter, & manifeste in ipsam arteriam. Nam & cum naturaliter se habet, scire licet, potionis nonnihil huc percolari. Et libro secũdo de simplici medicina: Percolatur enim perpetuo per asperam arteriam in pulmonem ipsius potus exile quippiam, vt protinus ab instrumentis raptum perfacile quocunq; distribuatur. Nec tamen vspiam aceruatim in spiritus semita consistat, neq; animal ad tussim irritet. At vbi vel idipsum pluscu lũ, vel aliud quippiã seu liquidũ, seu solidum corpus in hunc meatum ꝑfluit, iam inde tussire necesse est, donec a spiritus vehementia, quod molestat, propulsatum eijciatur. Altera, quæ transuersum septum transit, & ad ventrem pertingit, gula dicitur. Per hanc cibus & potus delabũtur, quos statim stomachus excipit. Qui rotundus ea ratione conformatus est, vt & plura capere posset, & acceptis ex omni parte pressius incumbere. Constat geminis tuniculis, quarum interna tenuior est, & villos habet secundum lõgitudinem porrectos, vti cõmodius attrahat in se vniuersi corporis cõmeatũ. Nec desunt secundũ trãsuersum procurrẽtes, q̃bus accepta prop. ti⁹ asseruet. Huiusq; ostiolũ acri sensu illabẽtibus neruis prę. ditũ oportuit, q̃ celerius mẽbroꝝ inanitoꝝ interpellationẽ sentiret, atq; admoneret tẽpestiuę epulationis. Quę externa

Per tracheam arteriam nõ nihil potionis colatur

Stomachus constat geminis tuniculis

induci

inducitur, crassior est, magisq; carnulenta, calore suo ad subigendos cibos eximie conducens. Huic autem secundum latitudinem villi procedunt, quibus cōnitentibus digerenda aptius extruduntur. Et hæc omnia eo spectant vt corporis modus seruetur quadratus, & resolutio, quã ex enarratis causis quotidie fieri diximus, extrinsecus inducta aggestione per ea, quæ comeduntur, & bibuntur, probe restauretur, illis enim quicquid siccioris substantiæ decessit, his quicquid liquidioris defluxũ redintegramus. Sed ex hoc ipso studio & prorsus necessario adminiculo ineffugibile periculum nascitur, quod si non celeri, profecto certa morte nos intercipit. Nempe ex his, quæ alibilia vsurpamus, necessum est excrementorum prouentum contrahi. Nam si quale, Galenus inquit, erat ipsum, quod deperijt, tale prorsus adiungere, agglutinareq; ei per totum liceret, optimum id, saluberrimumque foret. Verum vbi quod singulis particulis defluit, tale natura est, qualis ipsa est particula. Nihil autem eorum, quæ assumuntur, eiusmodi prorsus est, necessarium ergo fuit, prius ea demutare, cōcoquere, & q̃ fieri maxime potuit, efficere corpori alẽdo, restituendoq; similia. In quo opere si quid nec cō fectũ, nec prorsus assimilatũ est, id corpori nec adnascit, nec accrescit, sed per ipsius intus laxiora spacia, tanq̃ superuacaneum inerrat. Huius porro qđ supfluit error, nisi in tẽpore cohibeatur, grauissimos interdũ morbos parit, semper quidem optimã valetudinẽ temerat. Et ob hanc causam quę est admirabilis naturę prospiciẽtia, addita sunt in viscerũ serie, & quæ separent, & quæ deducant, & quæ excipiant, & quæ proturbent excremẽta, vt quoad fieri queat, nimis incōmodẽt. Vbi maceratos primũ, & probe percoctos cibos ex se vẽtriculus demittit, cōfestim per intestinorũ anfractus effundũtur, q̃ locitantisper residẽt, donec quicquid melioris succi ipsis inest, per circunfusas venulas extrahatur. Sex esse intestina medicorum clarissimi prodiderũt, quibus hæc sunt nomina: Duodenum, Ieiunũ, Lōgum, Monoculum, Colon, Rectũ. Duodenum multis Pyloron dicitur, quoniam portæ modo in partes inferiores excreta transmittit. Ianitorẽ quoq; & portanariũ vocãt. Ieiuno vocabulũ est, quia qđ accipit, protinus ablegat, neq; continet diutile, a nōnullis & hilla appellatur.

Ex nutritura infugibile periculum.

Intestina sunt sex

Longum

Longum alio nomine, tenuius scribitur, Monoculum seu cęcum, quia in deteriorem partem imperuium creditur, Colō crebro aluus nuncupatur. Nouissimū rectū est, quia recta ad meatū excretoriū tendit. Ex his alia per multiplices spiras & in multos orbes, simulq; circūplicantur, magnæ vtilitatis ergo. Etenim porrecta, aut modice deflexa si niterentur, nō paruus esset metus, ne ante iustam & exactam cōcoctionem cibus elaberetur, & vacuefactum corpus cōgruēte alimonia frustraretur, Duos quidem sine epulatione citra grauē imbecillitatē ex hoc durare possumus, q̄ non ilico, nec huius diei excrementū hodie egerimus, sed in corpore tātisper restitat, donec quicquid in eo est nutribilis substantiæ subducatur, plerunq; tertio quoq; die assumpta foras prodeunt. Egestionis tamen celeritas, aut tarditas variat multas ob causas, Si statim, inquit Hippocrates: cibaria emitterentur, satis humoris nō hauriremus, macilentiq; homines & non robusti forent, sed cum tantum in ventriculo maneant, paulatim corpus de ventriculo hauriens robur capit & impletur. Cæterum excrementa ne obhæreant, & diutius: quam par sit, ingrata atque olida onera subsistant. Quod fieri poterat propter pter multimodas intestinorum flexuras, hæc humore quodam lento ac pingui natura obleuit, vti purgamēta per lubricum deuoluta facilius suffugerent, in id quoq; abdominis musculis vna cū transuerso septo cōnitentibus. Ab hac cibi in vētriculo maceratione digeritur ipsius succus in iecur, vt inibi pleniorem concoctionem sortiatur. Esculēta priusquā viuæ partes animalis fiant, pluribus subactionibus & varijs transmutationibus indigent. Nō enim cruda mensæ inferūtur, sed aut assa, aut elixa, & artificio quodam elaborata. Deinde dentibus in hoc ori datis atteruntur, attritio nō magnā adeo mutationem commansis adfert, proba tamen si sit, nec properata nimis, incredibile est quantū faciat ad bonę valetudinis tutelā. Si raptim ac frustulatim deglutiuntur, mox omnis concoctio vitiatur, neque alituræ congruæ spes superest. Stomachus masticata excipit, & genuino calore suo liquat, liquati sincerior pars iecur subit. Est aūt iecur concretus sanguis, atque ideo natiuā temperaturam habet, qua confectū succū in sanguinem conuertit. Hic rursus in patētiores corporis

Quare intestina implicent

Mirifica naturæ industria

Esculēta multis subactionibus egent

poris venas decurrit,&hinc in exiliores,donec in minutissimas,&alendæ substantiæ porulos peruenerit,tum ab membri cuiusq; propria facultate mutatur,assimilatur, vnitur, & tale redditur,quale est ipsum,cui agglutinatur. Hepar inter exta proportione maximum est, a dextra parte sub præcordijs appenditur,intrinsecus cauum,extrinsecus gibberũ, tenuissima mẽbrana contegitur,in quinas plerunq; fibras, aut in quaternas interdũ scinditur.In huius canalibus,est enim fistulosum,&canaliculatũ, succus ex ventriculo appulsus veluti abintegratur,& in sanguinem noua commutatione perficitur.In quo opere,& si materia aptissima sit, nec pœnitendus opifex,superuacanea tamẽ ebulliũt,aliud quasi vini flos, aliud quasi vini fex,aliud quasi aqueũ vini. Primum bilis appellatur,& vesiculam subit iecori subiectã. Hæc etiam in vẽtre nonnunq̃ gignitur,sed porri virorem trahens,& quibus id accidit,debet omnino cibus fuisse,non panis,non suilla,simileve aliquid, sed necessario quod his calidius fuit, neq; id boni chili.Quę vero in iecore regnat,vel plane flaua est,aut saltem pallida,&redũdat:etiam si quod esum est,probi imprimis succi fuit,atq; ad summum coctũ,& ea proprie bilis censetur.Secundũ melancholiam vocant Græci. quæ in lienem a lęua parte septo transuerso suppositum concedit.Tertiũ pituitã dicimus,cuius pars magna sursum rapitũ,& se condit intra capitis cauitatẽ,Hippocrates ait.Dico aũt cibariũ,potũq; pituitosum in ventriculũ demissum, partim corpori, partim capiti dedere, q cauum sit,& tanq̃ cucurbitula superiacet. Pituitam vtpote glutinosam haurit,quam altera vicissim sequitur, pituitaq; recens de cibo hausta, priorem pellit,ipsaq; in capite remanet,cum sit maior,potentiorve. Sunt qui in pulmones eam retrudant. Sũt qui nullum conscribant locũ, sed passim inerrare putant;atq; intus in laxioribus spacijs reperiri.Quod pręterea in venis aqueũ superabundat, non inepte quis sero concreti lactis comparauerit. Hoc renes recte valentes emulctũ tractãt.Quibus in medio prætenuis pellicula obtenditur, per quam colatum extillat, in albidas venas. Quę & cauæ sunt & neruosę,iuxtaq; ipsam spinam ad ilia se porrigunt, mox in vtramque costam angusto itinere conduntur,ac denuo in clunes porrectæ apparent;in vesicã tan

Iecur sanguis est concretus.

Hepatis situs &forma

Quæ in hepate superuacanea ebulliant &eorũ thecæ.

Renum & vesicę munera

M demfe.

dem feruntur. Ea excrementum id colligit, & abditum subseruiente musculo circum oscillum adnato tantisper asseruat donec collecta copia sensum torqueat, tum se remittit, & expellit foras, quod intra se stillatim conceperat, auxiliantibus ad exitus celeritatẽ musculis, qui in abdomine siti sunt. Praeter hæc ex singulari cuiusq; membri actione in id, quod alitu rum subit, nõnihil etiam superfluit. Sanguis vt ab omni cholera, melancholia, pituita non exoneratur, sed horum aliquãtam portionem, quoquo profugit, secũ veluti synœcos adducit, vti quodq; membrum pro sua temperatura suum nutrimentum in ipso comperiat. Sic nec hydor ille tenuis, quẽ sero concreti lactis comparauimus, funditus eijcitur, aut per vretras venas exturbatur. Quin huius pars pro vehiculo alibilis succi commeat in ambitum vniuersi corporis. Is enim per concoctionem crassior, per angustiores tramites, & semitas exiliores commode transfundi non potest, nisi attenuante aliquo subtilietur. Subtilitatem præstat adiunctus hic liquor, qui vbi in altum se receperit sanguis, munere suo defunctus, aut in halitus, sudoresque dissipatur, aut retrocurrens, per quas vias subierat, vesicam petit. Huius refluxus euidens argumentum haud pauci existimant, quod lotium post nouissimam præsertim immutationem alimenti redditum, nõ obscuram significationem ædere dicatur de morbis, vitijsve, quibus extima membra tentantur. Quod q̃ sit verũ impræsentiarum non discutio. Atq; vtinam credulum vulgus fiduciæ minus poneret in his indicijs tam male certis, neque persuasum haberet præbendam aurem stultis & insanis blateramentis vrinas aucupantium. Putant homines imperiti ex ægrotantis lotio, & ætatem, & temperaturam & sexũ, & morbum, & morbi initia, progressum, statum, inclinationem & affectam sedem certissime deprændi posse. Et hæc si Dijs placet, ex ea elluuie, quam nullo tẽporis delectu emictam obtrudunt. Nihil pensi habent qua exceperint aulula, quo loco reposuerint, aut quota hora perferant, nec quid aut ederit, aut biberit æger. Satis existimant ridicula capita, si ipsam vtcunq; congestam infundant matulæ, & medico visendam præbeant. Hic tum hiantes, & suspensi ac ipsis piscibus plus muti (cauent enim persancte, ne verbulum vllum mutitent)

Sanguis non solus it in mẽbra nutritur.

Vulgi error in lotij idicijs

tent) quicquid is proloquitur, diligenter obseruant. Quin mirifica versutia & dexteritate polleat necessum est, aut occulto afflatu fatidici spiritus indiget, qui nominis sui integritatem & opinionis famam tuebitur, Magno in periculo versatur, & a tenui, quod dicitur, filo: sui existimatio pendet, ne in grandem disphemiam corruat, aut fabula fiat popularis, & omnino censeatur nihil sapere, artis insciens, & ad lyram onos, si non, quæ expectauerāt de lotij speculatu fortiter enūciet. Accidisse mihi commemini, cum duæ mulierculæ vrinam ad me detulissent, atq; ego dixissem labore aliquo defatigatum corpus, & in apertos poros ex calefactante motu irrepsisse frigus, & adusque vitalia penetrasse, ibiq; humores coegisse, & coactos accendere febrē, pulmones premere, & exciere tussim. Tū altera, Domine inqt: Viri ne an fœminæ vrina tibi apparet? Huiusmodi tētamenta & obscœnas interrogationes vafricie aliqua illudere soleo, aut preterire silētio aut iusta indignatione psequi, nonnunq̄ etiā sciscitātibus obtēperare. Neq; semp difficile est, maris lotiū ab eo, qd' mulier reddidit, internoscere. Huius em̄ pre illius magis albet, maiorē quoq; ac crassiorē hypostasim habet. Ex notis igitur, quas mihi intelligere videbar, Viri inq̄ vrina est. Et cōfestim subiecit: Est ne sposus, & propediē ducturus vxorē. Ad hec aliquādiu herebā tacitus, ex tā impia ac tristi appellatione cōturbatus. Id ea perpendens, intelligo, ait: innotuisse tibi, quod sponsus fiet, cū dicas eum labore defatigatum, & concepisse frigus. Quod illi accidit, ex his nuptiarum præludijs, & choreis anteambulis, in quibus sudore multo commaduit, & ab hoc sibi non satis prospiciens, incommode refrixit. Qualia si commemorare pergam, multas mihi paginas cōplebunt. Imo tam incidunt frequentia, nisi astu, dexteritate aut quauis techna declines, actum est de quæstu, nec mediocrem iacturam feceris nominis tui, omnemq; de te fiduciā in medicationibus vacuaueris. Miris sunt sutelis vrinarum istæ latrices (plerunq; enim mulierculæ id muneris obeunt) excipiendæ. Quibus si ad aurem ac provotis multa nugiuendulus effutieris,

Mox opifex tota clarus cantaberis vrbe,
Et cedet famæ magnus Apollo tuæ.

Medicus vafer sit necesse est

Quid authori acciderit

Discrimen inter maris ac fœminæ vrinā

Medici cuiusdã versutia.

Narrant aliquando allatum lotium medico, qui id sartoris pronunciabat, cuius iudicium, quia verum esset, neq; scirent qui lotium attulerant, vnde proficisceretur, magno stupore correpti admirabantur, & ex afflatu spiritus, non artis adminiculo effatum fortiter prædicabant. In eo quidem versabatur dolus, q oculatus hic, & plane lynceus speculator vrceolum, in quo lotium ferebatur, tectum atq; opertum cerneret quibusdam tomis ac segmentis ex multicoloribus pannis. Proh pudor, medicus quo non præstantior alter, ad ineptias has, & trichas, & parũ speciosas versutias cogitur. Quis non indigne ferat, ex vulgi insania suæ peritiæ modum metiri. In

In medicos circunforaneos

noxia sunt circũforanei & despicabiles logiatri, qui cum virtute nequeant populo placuisse, neq; bonis artibus opes, honorem, gloriam sibi parare, ad maleficia sese cõuertunt, & deuoluuntur ad spurcas atq; aniles fabulas, & perplexis verborum ambagibus irretire student, & in prædam abducere rudem plebeculam. Barbara quædã crepant vocabula, vt obscuro & immodico sermone promptius fallant. A vertice in calces desiliunt, nihil refert, quid qualiter eblaterent, ex præcordijs transcursant in artus, ex liene in pulmones, ex iecore in testes, ex ano in fauces. Omniaq; tum abdita, tum conspicua infami, sceleratoq; ore nebulones nefarij percurrunt, & ebaubant, vt eam tandem particulam nominent, in quã affectio incubuit, cũ nihil minus intelligant. Horum garrulitatẽ & impudentẽ battologiam bardus populus ex loquacis vrinę cõpręhensis indicijs proficisci existimant, cum fraude, dolo, sycophantijs omnia struant & cõminiscantur. Inter istos

In vanos astrologos.

qui futurarum rerũ se sagos venditant, & ex astris nobis annuatim prognostica obtrudunt, eos cõspicimus, qui imprudentiores sunt, & minus artis habent, nõ vno verbo edicere quid expectãdũ sit, sed cõsarcinatis nugis plurima inuoluũt, & nunquã non promittunt pluuiosam serenitatem, ventosam tranquillitatem, procellosam malaciã, vt vtrunque contrarium in altero semper assonet. Quin vaticinijs suis de industria quid attexunt, quo queãt elabi fugitiua mancipia, si quis eos erroris, & prostitutæ famæ coarguat. Apagesis insulsissimos homines, & plane dignos, qui tã improbis & manifestis imposturis pœnas pendãt. Alexãder imperator Ver

comi-

comiũ thurinũ fumo iussit necari, quod vanā spē rerum a principe impetrandarum ciuibus venderet, præcone clamante, Fumo plectitur, qui fumos vendidit. An nō hi sunt sexcētis Vercomijs nequiores, nec vnũ alterum ve malis artibus circũueniunt. Sed sua impudentia & temeritate vniuersum prope orbē corruperunt, suas vbique ineptias inseminant, venalē vbique prostituunt linguā, & nō ferenda iniquitate mortales fallunt. Imo qui astrorũ & conuersionũ cœli peritiores sunt, persæpe ob istorum spurcas nænias male audiunt. Lotium profecto, cuiusmodi sanguis in vasis cōtinetur, liquido commōstrat, is enim biliosus si sit, illud quoque biliosum esse necessum est, si pituitosus, pituitosum, & vbi crudus is fuerit, tenuis vtique & aquosa cernetur vrina, nihil nec quod sidat, nec quod pendeat in se habens. At vbi is concoctus est, hæc apparent, & exiles nubeculæ superstant, veluti quod in lactis summo colligitur, aut in refrigerati iusculi superficie cōcreuit. Quod si turbidum lotiũ sit instar Veterinorum crudis chimis exundantes venas significat. Iam in vrinis aliæ lōgo tempore perturbatæ manent, & nōnullæ cōfestim sedimen crassum, album, æquale trahunt, ac cito morbum solutũ iri annunciant. Quę vero non resident, si vires affuerint, diuturnum fore morbũ ostendũt, si imbecillitas adsit, ægri mortem prædicunt. Hæc etsi extra causam allata videbũtur, quia tamen cōperta mihi & vtilitatem nō paruā cōferunt, inuitante sermonis serie prætereunda nō putaui. Architas Tarētinus dicere solebat, si quis cœlum ascendisset, naturamque mundi, & pulchritudinem syderum perspexisset, insuauē illi admirationem fore, quę iucūdissima fuisset, nisi congerronē aliquē nactus, in cuius auidas aures mentis suæ prurientes cogitationes denarret. Sed recurrat, vnde delapsa est oratio. Succus ergo cũ suprema cōcoctione perficitur, & iā in viuam corporis substantiā transire gliscit, huius excrementũ in halitus, ac in fumos extenuatur, qui præ tenuitate porosam cutim incōspicabiles transuolāt. Sed est, cũ fuligo crassa atque terrea ante itineris finem in exilioribus spiramentis obhæreat, & cōtumacia quadam pigrior cōmoretur, vti neque intro refugiat, neque foras erũpat. Hanc igitur alia rursus e profundo submissa ferit, prorsusque impellit, & quā iterũ altera, ac noua veterem crebris illisionibus, donec con-

Quid lotiũ indicet.

Architas Tarentinus.

Pilorum generatio

crescãt, & corpusculum vnũ efficiant. Quale vbi totũ meatũ obstruxerit, vt deinceps sui similibus nullum effugiũ pateat violẽter depellitur, & cutẽ exire cogitur, iã pili formã adeptũ Ex his nõ obscura cõmentatione deductis liquet in corpore permulta superuacanea gigni. Nimirũ esca, quæ in restaurationẽ eius manducatur, quod perpetuo fluore animãti decedit, nõ tam defecata & sincera deprehenditur, vt secundum omnẽ sui molem plenissime alat. Pro qua igitur portione minus nutrit, excrementosa redũdat. Ea redũdantia nisi ante in auctam copiam tollatur, non est ambiguum, quin bonam valetudinem labefactet. Nouisse igitur maxime conuenit, quibus de causis potissimum consistat, deinde subijcienda ratio, qua huiusmodi collectionis minæ queant auerti, & si contingat in periculum incidisse, quo pacto præstari possit, vt minus incõmodet. Iis excremẽtis, quę ex prima cõcoctione in vẽtre iferiore stabulãtur, nõ simpliciter nec ab vno modo diuturnior mora accidit. Hanc aũt eorũ esse sedem [illegible]lato in eo, qui est de Natura elegãter explicat. Cognoscebant, inquit: illi profecto nostri generis fabricatores nos ad cibum, potumq; intemperantes fore, ac propter ingluuiem, plus quam modus aut necessitas postularet, de his sumpturos. Igitur ne subitus propter morbos interitus proueniret, atq; ita imperfectum mox genus mortale desineret, inferiorem ventrem fabricauerunt ad esculentorum, poculentorumve superabundantiam capiendam. Eum prætereа spiris intestinorum circunplicauere, ne subito alimenta nobis assumpta defluerent, ac rursus noui alimenti necessitas confestim immineret. Ob illam enim inexplebilem perpetuãq; voraginem genus nostrum philosophiæ, musicęq; & moderationis oĩs expers relictũ fuisset, illi parti, q̃ in nobis diuinissima est, minime obsecutũ. Ergo in vẽtriculo & subiectis intestinis cũ eorũ maceratio pficiat, q̃ edulia mãducãtur, in his ipsis coaceruatio fit eorũ, q̃ excernẽda superfluũt. Et si aut nimis caleãt, aut frigeãt, aut humiditatis, siccitatisve excessu laborẽt, iã nequeũt suis functionib9 citra peccatũ defungi. Mẽbrũ quodq; suã tẽperaturam deposcit ad id præstandũ, cuius gratia circũnatum est. Qua cũ frustraf, aut omnino torpet iners, aut truncam operationem languidius ædit. Intemperies vero

Platonis vba

Causæ tardæ excretionis ventris.

vero gignitur ab iis, quæ vel in corpus introducuntur, vel quæ extrinsecus incumbunt. Iam cibi potionisque vitio tarditas excretionis euenit. Aut enim propter qualitatē vinciūt & astringunt musculos expultrici potentiæ inseruientes, aut ob substantiæ suæ crassitudinē ęgre cōficiuntur. Hoc genus sunt acerba, austera, pontica, macra, vetera, exanguia, tosta, assa, salsa, infumata. Caro bibula, ouilla, caprilla, ceruina, leporina. Aues quæ currunt magis, quam volant. Cochleæ, verticilli marini, locustæ, caseus vetus, oua dura, brassica bis cocta lēticula, bulbi, mespila, cydonea, sorbæ, palmulæ. Panis siligineus, & præsertim bis coctus, pulticulæ ex alica, oriza, panico, auena, milio. Vinū resinatum, rubrum, vetus. Nec minus noxia est quātitas, & ob eam persępe submissio variat. Quippe cū quid esculentorum iusto plus, & supraq̄ vires facile ferūt, auidi voramus, lōgioris tēporis tractu crudū & impfectū obhęret, neq; p salubritatis ratiōe cōmodū liquatur, nec purgamēta eunt. Si pro desiderio & stomachi valetudine pauciora comedūtur, is ptinus in ea cupidus irruit, & magno nisu cōplectitur, seriusq; demittit. Nūc & præposteri ordinis culpa exundantiæ accremētū turget, quoties sicca & constipātia primo assumūtur, deinde pinguia & humida succedūt. Hæc enim præmissa oportuit, & illa secundo loco illata. Ex vtendi modo tumultus est, cum qui bis, terve epulari consueuit quoque die, semel tantum se cibet. Et his de causis oletum supprimitur. Ex altera concoctione quæ superabundant, non paucioribus impedimentis irretiuntur. Et flaua primū bilis subsistit, aut propter attrahentis facultatis impotentiam, aut imbecillitatem expultricis, aut vasorum angustias, quibus vel diducitur, vel exturbatur. Folliculus qui humoris huius receptaculum describitur, ex parte iecoris inferiore propendet. Cui cum bini sint meatus, alter in medium iecoris porrigitur, per quem in se bilem colligit. Alter in pyloron descendit, per quam collectam copiam in exitum refundit. Hunc porro meatum Galenus in eo, qui de temperamentis est, nonnullis geminū arbitratur. Speculatio, inqt, anatomica quædā incidit, quē aliqui medicorū ignorātes ex symptomatū dissonātia magnopere angunt. Dū parū intelligunt meatum illum per quem iecur bilem in ventriculum

Quibus de causis flaua bilis subsistat.

agit.

agit,alijs esse geminum,alijs vnicum. At plurimum quidem vnicus est,in id intestinũ,quod pylori,id est,exitus fundi vẽtris,& Ieiuni medium est,insertus,vel si geminus sit,in ecphysin inuenitur,sed tamẽ in paucissimis superior pars maior,inferior minor. Cęterũ quibus est maior,his in ventrem effunditur quotidie non exiguũ bilis, quam & euomãt ante alios cibos oportet,& nisi id faciãt lędũtur,quibus aũt vnicus meatus est,his tota bilis cõfluit in ieiunũ. Profecto vnius ad hũc modũ affecti in mentẽ mihi venit, qui fumidũ sæpe eructat, & stomachi erosionem dietim perpetiẽs ante epulationem flauę choleræ magnam vim eiaculari cogitur, quotiesq; subita ira cõmouetur,oborto vomitu copiã humoris feruidi reijcit. Alexander si quo casu iudices vidisset, qui furtorũ fama laborarent,protinus cõturbatione animi e stomacho bilẽ dabat. Sunt qui equos,mulos,ceruos,apros,capras,asinos vesiculã hanc omnino nõ habere cõtendant. Alij putant equo esse,nõ quidem in iecore,sed in aluo,& Ceruo in cauda,hominum paucis non est,quibus ob id firmiorem valetudinẽ, & longiorem vitã ascribunt. Cũ fel purgamentũ sit impuri sanguinis, ideo in materia eius cẽseri debet. Aristoteles libro quarto de partibus animalium sic habet: Quibus iecoris cõstitutio salubris est, & sanguinis natura, qui iecur subeat, dulcis accedit. Hæc aut nullũ fel suo in iecore obtinent,aut venulis quibusdam inclusum habẽt,aut partim habent, partim non habẽt. Quamobrem iecora eorũ,quę felle vacãt, dulcia sunt,probeq; colorata. Particula etiam iecoris,quę felli subdita est,omniũ dulcissima est. At vero quę sanguine minus puro cõsistunt,hęc excrementũ id,quod fel appellamus, semouent. Excrementum enim cõtrarium alimento esse vult, & amarum dulci, & sanguis integer,dulcis est. Fel igitur non alicuius gratia,sed purgamentum atq; inutilẽ esse materiam cõstat. Quamobrẽ pulchre a veteribus dicitur illis, qui causam cur diutius viuatur,aiũt fellis vacuitatem esse. Argumẽto ex solipedũ,ceruorũq; genere deducto, hæc enim fellę carent,& diu viuunt. Sed huius sedes,in quibus gignitur, quoties praua qualitatum intẽperie afficitur,aut suę semitæ interiecto obice obturantur, aut phlegmonis vitio, scirro ve impediũtur, seu ex circũiacentium partium incubitu ora consident

Quibus animantibus nõ sit fel

Fellis carentia est lõgioris vitæ occasio.

sident, toties ipsa bilis remoratur. Sanguinis deinceps limũ sua vi lien attrahit, attractum in se condit, donec inaucta copia torqueatur, ac commodum fuerit ablegasse. Huic exto (quod in auibus multis tam exiguum est, vt propemodũ visum effugiat) gemini quoq; sunt meatus. Alter ex iecore porrigitur in ipsum, p quẽ illabitur melãcholia. Alter ex ipso ducitur in ventriculum, per quẽ acceptam remittit. In læua parte sub transuerso septo locatus intestino innectitur, dorsoq; alligatur, rarus ac mollis, in longitudinem magis, q̃ latitudinem effusus A qua forma, quæ fronti emplastra, quasi fasciolæ, ad arcendos dolores, aut in alium quempiam vsum circũ aptantur, splenia dicuntur. Græci enim lienem splena vocãt Cui & ea incommoda ex eisdem causis nonnunquam obueniunt, quæ fellis theculæ incidere diximus. Pituitã, quã permulti in pulmones conijciunt. Alij in foraminibus & cubilibus intus patentioribus fluitare rentur. Hippocrates in capitis cauernulis seponit, reses non excernitur, aut propter inualidam viscerum, in quibus hospitatur, excretoriã, aut propter obseptos tramites, per quos fuga tentanda erat, aut ob suam ipsius ignauiam, qua inobseqũibilis obsistit naturæ. Iã quod concreti lactis sero comparauimus, & in ipsis renibus colatum per venas vretras veluti per incilia in vesicam transfundi debet, sua quoq; patitur repagula. Vesicæ (cuius nullũ vsum nouerũt volucres) ceruicẽ ambit, atq; amplectitur musculus, qui tantisper ostium obuinctum frenat, donec tãta humoris saturitas sit, quam ex animantis re tempestiuũ est extrudere, ac tum se remittit musculus, forulæq; pandũtur effluuio. Membris omnibus inest vis, qua superuacaneũ propulsant. Et hac quidem vtuntur alia solius naturæ instinctu ac remigio, neq; vllam præterea expectant cõmonitionem, quin confestim abrupta cunctatione, si satis valẽt, suo munere defungũtur. Alia profecto & hãc exercẽt, sed excita paulisper differre possunt, atq; aliquãdiu ad imperium animantis interquiescere, vt ad primũ inũdantis procellæ pulsum euestigio meiere haud sit necessum. Neq; hæc sic quis interpretetur, vt vesicę opus a consilio & electione procedere intelligat, imo huius officium vnicũ est, videlicet comprehẽdere. Sed musculus, qui vrinariũ meatum, eiusq; ceruicem complectitur,

Atram bilẽ attrahit lien

Quid splenia

Causæ nõ excretæ pituitæ.

Vesicæ vsus

instrumentum est, cuius operatio ab eligente moderatur. Similem quoque actionem & vtilitatem is habet, qui recti intestini extremā partē ambit. Sunt qui vesicam ab ipsis interaneis vrinā exugere cōfirmēt. Et cum nulla fistula deprehēdatur, per quam hunc suctum fieri commonstrent, partes vasorum, quæ ab aluo cibum ac potum suscipiunt, patentiores dicunt, & multo tenuiores, quā in cæteris spiræ sunt. Hæ vesicam continent, & circūcubant, ad quas itaque partes cum cibus & potus mixtim perueniunt, fimus quidem crassescit, ac demeat. Humor omnis per illā teneritudinem colatur, eūque vesica, cuius ęque exilis ac subtilis mēbrana existit, in se sorbet, & congestum foras, qua patet exitus refundit. Sed quo minus commode excernat, nonnunquā in causa est, aut inflāmatio, aut abscessus, quo in magnū tumorem attollitur, Aut cum quippiam ei innascitur, vti caruncula, callus: Aut a quapiam re obstruitur, vt a lapide, grumo, pure, lento crassoque humore. Nec raro ob neruorum torporem, atque imbecillitatem impultricis facultatis. Quale ijs vsuuenire solet, qui ob pudorem, aut aliter constricti mictum suspendunt. Tiberius excogitauerat inter genera cruciatus, vt larga meri potione per fallaciā oneratos, repente veretris deligatis, fidicularū simul, vrinęque tormento distenderet. Nouissimę cōcoctionis recrementū in singulis animātis particulis copiosius coaceruatur, Aut quia densior cutis liberā perspirationē negat. Aut ipsum quoniam crassum est, vt per angustiores rimulas trāsuolare nequeat. Aut prelanguidus, & imbecillus naturæ calor dissipare ac discutere ipsum potis nō est. Paulus ait: Stegnosis vitium est meatuum cutis, quo transmittere superuacanea prohibetur. Affectus is incidit aut obstructis, aut densatis meatibus. Obstructio ex lētis crassisque excremētis oritur, cū ad cutim confertim ruunt. Densitas tum ab ijs, quę astringunt, tum ab ijs quę refrigerant. Deprehenditur sane iam dictus affectus statim, vbi se exuerint, ex colore albo, & cutis tum duritie, tum asperitate, tum quod in ipsa exercitatione vix incalescant, Hunc iam explicati sermonis contextū, si in pauca libet cōferre, Epilogus docebit nostrū corpus geminis incōmodis ex primigenia cōcretione subijci. Et alterū ineffugibilē omnino cladē, ac certā mortē afferre. Cū p exactā videli-

Quorundā opinio de suctu vesicæ.

Lotium impedientia

Recrementa nouissimę cōcoctionis

Epilogus

videlicet caloris,humorisq; expirationem dulcis illa mēbrorum cōpages,artuūq; obstupenda coagmentatio resoluitur Ipsis morbis adminiculo artis succurrimus, hoc malū nullo ingenio declinasse licet. Succubuere Apollo, Esculapius, Machaon, nec eorum aliquis Libithinæ rationē præterire potuit, quos ob virtutis ac prestātię cōmendationē grata coluit antiquitas. Hector vxorē affatus. Nihil est, inquit, q̄ te supra modū affligas timore mortis meæ. Mortē quidē effugere datū est nemini, siue ignauus sit ille, siue strenuus, in cōmuni nanq; vnusquisq; nascitur conditione mortalitatis. Alterū quoque incommodum nos in interitum rapit. Quod eo funestius censemus, quia non sinit æuumematurescere, neque in eum terminum peruenire, quem natura cōstituit, & dedit alioqui breuem satis ad huius auræ fruitionem. Non raro palpitantes adhuc, intra matris vterum suffocat. Effusos persæpe inter vbera & dulces nutriculæ amplexus opprimit. Permultos in primoribus assurgentis crementi vestigijs intercipit. Plurimis spem lætam gliscentis adolescētiæ præcidit. Haud paucos iam virile robur adeptos opinione celerius obterit. Non est ætas, ætatisve particula, in quam luctuosum imperium non exerceat. Assiduus corporis nostri fluor, assiduum alimentum in sui recreationem flagitat, neque negari potest sine suprema pernicie. Et nullum vsquam tam purum datur, quod secum non trahat quid redundans, ac plane noxium. Cuius collecta copia, aut deerratio in loca minus apta grauem tumultum frequenter excit. Quas ob caussas colligatur, ex dictis intelligere licet, aut enim propter mēbrorum intemperaturam, aut viarum obstipationes, aut ipsius excrementi vitium. Aduersus hanc calamitatem nōnulli præsidium emeditati sunt, sed quale curam tam eximiam, & diligentem operam flagitat, vt plurimos ab aggressione deterreat, & exclamare faciat, ad eum modum vixisse insignem esse miseriam. Imo ex huius odio fræna laxantes pro indomita libidine vitam instituunt. Alios comperio, qui exquisitissimam dietam obseruare conantur, sed vt nimium altercando veritas amittitur, sic improbo studio molientes nusquam deflexisse, pœnitendo errore deuiant. Illos agricolis mihi videor haud inepte comparare, qui post

Varij casus hominis

Duplex hominū genus

Lepidæ comparationes.

coniectam in elaboratum aruum sementem, si conspiciant lolium, tribulos, filicem, eiusq; generis noxias herbas succrescere, aut limacibus, brucis, locustis, idq; genus animalculis scatere. Quæ & si purgatrices manus bene exposcunt, quoniam inimica satis, tamen non properãt extrahere, sed aut negligunt, aut omnino contẽnunt. Qua incuria, quod iam frugiferũ caput parat attollere, homines male feriati copia erũpentis zizaniæ, aut enascentium vermiculorũ præfocari arrodive patiuntur. Quamobrem cũ grauia plaustra sapientes vicini pręmiũ nauatæ operæ in horrea conuehunt, ipsi desidiæ & inertiæ turpes pœnas pendũt annona frustrati. Iã qui nullo nõ tẽpore peruigiles angũtur, ne vsq̃ a scopo salubrioris victus aberrent, persimiles mihi videtur his, qui per lutosam ac pluuijs inundantẽ viã a dextra lęuaq; altiore flumine circũseptã iter instituunt. In cuius ipsa crepidine tramitẽ luto min9 impeditũ offendũt, sed pangustũ & cohibitũ, vt difficulter gradiẽtiũ pedes excipiat. Quo, ne se collutulẽt, si pgãt ire, atq; oculos aliq̃ horsum vorsum diduxisse cõtingat, minimũq; mutasse vestigia, ,ptinus in cœnosam illuuiẽ aut circũfluũ flumẽ improuidi deuoluũtur. Vtriq; mea quidẽ sentẽtia nõ modice peccant. Illi enim præcipites in apertum discrimen grassantur. Quippe qui delectu nullo temerariam educationem sequuntur. Eodẽ habent loco quid, quãtum ve aut edãt aut bibant, nihil interesse putant, quo tẽpore sese cõmoueant quibus exercitationibus corpus assuefactent, quem vigilijs statuant modũ, quem somno, quẽ Veneri, quẽ animo. Nusq̃ pro ratione, sed libidine ac voluptate cõfusaneam vitã agũt. Qui vero arctioribus se legibus astringunt, & omnia tentãt pro diffinitis formulis exequi, in hoc desipiunt, q nec reipublicæ, nec priuatæ commodi existunt. Qui rempublicã curat, sui iuris esse nõ potest, Priuata quoq; suas non ad vnum modum auocationes interijcit. Nunc si quisq̃ est tam beatus quẽ nec aliena, nec propria vehementer adurgent, vti albæ gallinę filius dici possit. Et soli sibi studẽs nihil habeat in votis antiquius, q̃ suæ valetudinis curã persequi, tamen fieri nõ poterit, vt singula ad nutũ semper & ex sententia respondeãt Quis enim non quandoq; labitur ab eo imprudens, qd' gnauiter & adhibita sedulitate perficiendũ decreuerat. Si inter

Homines in multis errant.

calicem

calicem & labra accidunt multa. Quot quæso, interuenire cõ sentaneum est, in epulis quotidie cõcinnandis, in temperan do potu, in deligendis exercitijs, in vsurpando ocio, in aptã dis balneis, in moderandis frictionibus, in parandis vnguen tis, in metiendo somno, in partiendis vigilijs. Qualia id ge nus cum innumera sunt, etiam si feliciter cadat, crebriuscu los errores intercurrere necessum est. Galen⁹ ait: Vt enim q̃ maxime statum corporis irrepræhensibilem sortitus quispiã sit, & sibi vni viuens, fieri tamen nequit, vt nõ aliquando vel ipse, vel is, qui perficitur non aberret. Propterea victum val de exquisitum & per constitutas normulas decurrentẽ sanis periculosum contẽdo, quoniã errores grauius ferunt. Quin authore me qui sibi q̃ optime cõsultũ volet, Neq; exlex im moderatiorem vitam sequetur, neq; rursus inextricabili ne xu præscriptis formulis alligabit sese. Pictor quidam interro gatus, quonam magistro potissimum profecisset, populum digito demonstrans, illo inquit. Et Cicero id honestum esse dicebat, quod multitudinis rumores laudarẽt. Ita nos quoq; populariter viuendũ existimemus, neq; certã omnino & in uiolabilem dietam assumamus. De quo mortalium pars ma ior consentit, sanum habeamus. Nec illud tãtopere fugiendũ vt illoti aliquãdo ad cibum capiẽdum accũbamus, nec semp auersandũ vti frigidam potemus, cũ adsit vinum, nec vt fla grante Sirio calidũ bibamus neglecta niue. Ita stomachum cõsuefacere debemus, qui citra molestiã parere possit necessi tati. Cæterum quæ superuacanea ex cõcoctionibus in corpo re ebullire diximus, si nimium turgeant, morbos quidem gi gnũt, si intra modum se contineant, ea vsui esse, & permagnã cõmoditatem adferre ostẽdimus, imo nec tũc superuacanea quis iusto appellauerit. Cholera, pituita, & atra bile ad probã atq; idoneã corporis alituram, & alias plęrasq; naturę functi ones opus esse liquido constat. Quin partes in animalibus minus necessariæ ex ipsis recrementis generãtur, vt in ceruis cornua, in homine pili & vngues, in alijs: spinæ, setę, squamę & huiusmodi aut tegumenta, aut præsidia. In hoc peccatum apparet, cũ supra vtilitatẽ excrescũt. Neq; cõfestim extrahẽ da & si ijs ad oẽe momẽtum vsus nõ sit. Futurũ fortassis si ea actuosus naturæ calor nõ cõperiat, vbi tẽpestiuo pabulo per

Pictoris responsum

Superuacanea quando tollenda.

occasionem aliquã destituetur, famem suã obuertat in succũ & depascatur, quem ex re vitę maxime seruatũ oportuit. Elegãtissime dixisse visus est Onomademus Chius, qui vt se authore ac duce aduersa in ciuitate factio superata & euicta fuit oẽs aduersarios eijciẽdos nõ censuit, vereri se inquiens, ne aduersæ factionis hoĩbus ad vnũ e ciuitate exactis inter amicos dissidia oriri incipiant. In id profecto aduigilandum, ne inaucta nimis morbos pariant, & formidanda in corpore accumulentur. Nullo studio caueri potest, quin recrementa generentur, nempe indiuiduos cõstat eius comites esse, quod in dilabentis substantiæ recreationem sumitur. Ne aggestio vires excedat, & si difficile sit, fieri tamen posse creditur. Sed nec funditus exhauriendum quod in optimorum materia non censetur. Lucanus ait:

Elegãtissimũ Onomademi Chij dictum

Sylla quod exiguum restabat sanguinis vrbi
Hausit, dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Excessit medicina modum, nimiumq; secuta est
Qua morbi duxere manus, periere nocentes,
Sed cum præstaret reliquos superesse nocentes.

Iterum hoc loco repetam, quod paulo ante dixi: Istorum quæ comeduntur, aut bibuntur, quia nihil tam defecatum est, atque sincerum, vt ex omni parte, & secundum vniuersam sui molem alibile transmutetur, pro qua portione claudicat, excrementosum dicitur. Excrementa in quibus visceribus gignantur, & per quæ spacia meent, in quibus thecis resideant, per quas semitas propellantur abunde explicatum est. Enarrauimus præterea quas ob causas prorsus subsistant, aut longiorem moram q̃ sanitatis ratio postulat, contrahant. Ab his operæprecium facturus sum, si subiecero, quo ingenio queat auerti, ne quicquam vacuationes præpediat, aut si quid obstiterit, quibus præsidijs deijciatur. Eius porro in primis meminisse oportet, quod contraria contrarijs deturbantur. Et indicatio ab ægrimonijs sumpta est carcer, vnde curandi ratio promouet. Nec alius obijcitur scopus, in quem archiater collimet, nec alia expromitur amussis, secundum quam suum opificium castiget. Nempe amolitio insalubrium causarum, solis contrarijs perficitur. Contraria appello, quæcunque quauis qualitate prædita sint, pristinum

Contraria cõtrarijs curantũ

Quę appellet contraria

num vigorem adducũt. Sic cõsentaneum est, vti tenuis homo se impleat, plenus extenuet, calidus refrigeret, frigidus calefactet, humidus exiccet, siccus humectet. Itemque aluum firmare debet is, cui fusa est, & soluere cui astricta: Vbi ex commotione laborare quis cœperit, quiscere statim remedium est. Hippocrates in eo, quem de flatibus conscripsit: Si quis morbi causam cognoscat & videat, dare hic poterit ex contrarijs conferentia corpori. Hæc enim potissimũ suapte natura est medicina, Statim subita ve fames morbus est. Nam quicquid hominem vexat: morbus est, & vocatur quod ergo famis remedium est, famem tollit, cibus siue comestio, hoc ergo illud curato, sitimq; tollit potio, Plenitatem vacuatio, plenitas vacuationem, & vti vnico verbo concludam: Contrariorum medicamenta sunt contraria. Ast morbus vbi incognitus fuerit, neq; prima indagine satis peruestigabilis, tum neq; contrarijs obniti medicus potest, neq; rectam medicationis rationem instituere. Quare tantisper cũctabitur, neq; eximio pharmaco vllam curationem aggredietur, donec aut natura vincat, aut vim ac qualitatem morbi patefaciat, Quod si dilationem non præbeat is, & acceleratione sit opus, Mea sententia est, vt plures medici accersantur, quorum communi perscrutatione mali latentis causæ eruantur. Fit enim, quod vni soli abstrusum, aut ambiguũ minus discernitur, si cum altero in examen vocetur & discutiatur, sub notitiam perspicuum prodeat, & vterq; alterum mutua commentatione adiutat. Diomedes cum a Græcis in explorationem mitteretur, Mihi inquit: præstantia animi adest atq; adeo pro speculatore subeundi hæc quę nobis hostium castra minari videntur. Sed ita, si quem ad hoc socium habeam. Quippe maior duobus animi præstantia, plusq; alacritatis, consilijq; adest, quia alius aliud excogitat, quod ad rem exigendam conducat. At qui solus est, etiam si quid recte excogitauerit, tamẽ sibijpsi plerũq; diffidit, & apud diffidentiã suã cõsilij põdus ĩtercidit. Neq; imitãdi sunt proci, q̃s idẽ Homerus inducit nolẽtes aliũ quẽpiã preter se arcum Vlysseum intendere. Mihi profecto de more est (cuius nec me pœnituit vnquã) ipsas etiã mulierculas auscultare, cũ officij gratia ęgrotantẽ inuisunt, & vti turba est loquacula, de morbo, & reme-

Plures medici cõuocandi

Authoris cõsuetudo.

remediorum genere assidentes garriunt. Quas etsi artis prorsus inscientes esse cõstat, nonnunq̃ tamen suggerunt, quæ in simili casu ab alijs excogitata & salutariter adhibita meminere. Vix fieri potest, imo haud aliter euenit, quin multa artificem diligẽtem suffugiant, quę tamẽ ipse aliquãdo expertus sit, sed non semper cũ his opus habet, tum prompta in mentem veniunt. Vt nemo vnq̃ sanus summis gubernatoribus vitio vorterit, si se sinãt in magnis tẽpestatibus a minoribus vectoribus admoneri. Sic medico futurũ fraudi nõ existimamus, si non statim procaci vultu eorũ sermũculos auersetur, qui languẽti bene precãtur. Nullus profecto tantopere sibi diffidere debet, vt ancipiti sit semper, & infirma sentẽtia, nec vsq̃adeo arrogare, vt arbitretur suis consilijs alios non posse quid melius excogitare. Medicina quidẽ nec in syllogismis nectendis, nec in fabricãdis enthymematis, sed in actu & experientia cõsistit, is potior censetur, qui plures sanat. Plato de legibus: Illud, inquit, certe ignorare non decet, q̃ si medicus quispiam eorũ qui vsu quodam absq̃ ratione medentur, liberum medicũ, philosophiæq̃ studiosum ægrotanti libero colloquentem audiat, dũ morbi initia rationibus indagat, & de natura corporũ diligentius asserit, ridebit protinus, & aduersus illũ ea dicet, quæ hac in re plurimis medicorũ in promptu semper esse solent. Nõ mederis, inquiet, ægrotãti o fatue, qui quasi doctrina, nõ sanitate indigeat, doces. An nõ recte sic loqui videtur? Ab annis aliquot generosa atq̃ inclyta domina domina mea Anna Beueriẽsis articulari morbo laborauit, ac sæpicule grauibus tormentis cruciabatur, nũc a manu, nũc a pede, nũc ab alijs quoq̃ artubus impos, vti toro nõnunquã plusculos dies affixa decũberet. Huic nõ pauci ad auertẽdũ morbũ arte atq̃ eruditione insignes viri, multas præsidiorũ cẽturias cõscripserũt. Alijs inediam imperãtibus, Alijs pharmaca & catapotia propinãtibus. Alijs emplastra, & cataplasmata infundẽtibus, peruicax malum nullius industriæ cessit. Quin ad satietatem vbi afflixisset, sua magis veluti sponte, q̃ abactũ disparebat. Tandem e plebe muliercula cũ supplex illustrem Heroinã adiret, atq̃ offendisset subneruatam podagra Heus, inquit: generosissima domina, & meus maritus huic cruciatui plurimũ obnoxius esse consueuit. Sed habeo præsens

Concinna cõparatio

In quibus cõsistat medicina.

Illustris & generosa domina Anna Beueriensis.

Plebeiæ muliercule consilium.

sens paratumq; remediũ,quo protinus discutitur. Et quod. nam rogat pientissima domina. Subiecit,q̃ primum dolor ingruit,si pes tentatur,aut coxendix, continuo pedem demergo in aquam marinam subferuidam, cui melanthion & artemisia incoquuntur, & sino demersum ad dimidiatam horam, Si manus affligitur,aut humerus, ipsam manum in similem aquam mitto, & ex vnico plerunq; fotu restinguitur dolor, Qui tamen si persistat,redeo ad thalassicum labrum. Si nec altero,nec tertio intinctu abscedit,Arthemisiam elixo in Anglicana ceruisia,aut hac crassiore, quam oblæso articulo calẽtem circũpono,& a paucissimis horis persanatur,nec me vnq̃ fefellit periculũ. Quid dicam? siquidem visum est, leuiculũ & ab ingenti discrimine alienum, itidẽ tentauit illustris domina,& propitium,salutareq; comperit, & si quando recurrit dolor,adminiculum hoc non posthabet. Quamq̃ profecto dignior fiet,id modo superis placitum, q̃ cuius pedes podagra illigẽtur,aut cuius manus cõstringantur chiragra. Etenim illi veloces ad collustranda xenodochia, Hæ exporrectæ ad subleuandam tenuium egestatem. Horatius inquit:

Quamuis Sęua satis per te tibi consulis,& scis
Quo tandem pacto deceat maioribus vti,
Disce docendus adhuc,quæ censet amiculus,vt si
Cæcus iter monstrare velit,tamen aspice,si quid
Et nos quod cures proprium fecisse,loquamur.

In hoc oratio voluitur q morbus omnis contrario pellitur. Et si quis mihi beneuolus accommodet aurem,neq; tam abstrusa dicturus sum, quæ magnopere emeditatis logis indigeant,vt fidem mereantur. Sanitatis quoq; tutelam in administrandis contrarijs consistere puto. Namq; vniuersus medicorum chorus vno cõcentu concinit,mortales omneis ab optimo & exquisitissimo temperamento recidisse. Id enim aut nunq̃,aut breui admodũ tempore extitit,& ipsum si diutius constaret,fomenta sibi omnino similia deposceret. Cęteræ intẽperies cũ ad hanc inculpatam constitutionem,quoad fieri licet,cogendæ veniunt,nõ congruentibus,sed cõtrarijs educandæ sunt. Verbi gratia: Tribus numeris ab ipso canone si quis ad calidiorem vergat,totidem cibum a mediocritate ad frigidiorẽ deflectere erit necesse, sin quatuor numeris

Sanitas in administratione contrariorum.

O adhumi.

ad humiditatem, cibus quoq; tot numeris ad siccitatem conuertatur. Galenus ait, si permutare & in melius traducere cõsiliũ erit, taliũ aduocetur vsus, quæ tantũ eis, quæ bene tẽperata existunt, frigidiora sint, atq; humidiora, quantum & natura naturam in caliditate & siccitate superabat. Igitur aluus vbi fuerit astrictior, haud aliud remedium salubrius erit, q̃ soluisse stipationem. Quod enim sua præsentia officit, id sustulisse propicium deprǣhenditur. Officiunt quidẽ non mediocriter excrementa præter rationem retenta, multisq; modis vigorem corporis temerant. Nimirũ cui diarium negotium non exhibet venter, & segnius deijcitur onus, q̃ temperaturæ modus postulat, statim fumis tetrisque vaporibus caput tentari queritur, oboritur vertigo, hebetantur sensus, pręcordia dolitant, spiritus difficulter it, stomachus languet, iecur oppletur, interanea fatigantur, & in ancipiti nonnunquã luctatur vita. Quamobrem si qualitas esculentorum noxia inuenitur, ea fugere oportet, ac in vsum trahere molientia, dulcia, pinguia, elixa, tepida, salsa, diluta. In hac classe sunt: panis frumentatus, magisque cibarius, lactuca, malua, blitum, brassica subcruda, mercurialis, lapathum, oua sorbilia, iusculum limacis, Veteris gallinacei, salsamenta, garum, ostrea, saxatiles, & omnes teneri pisces, capparis, allium, cepa, cerasia, mora, persica, pruna, ficus. Vinum dulce, mustum, lac, serum, ceruisia recens, butyrum, oleum. Si ob epulationem plus satis liberalem remoretur excrementum, non est obscurum in tempestiua subtractione auxilium esse. Cato inquit: vbi ex multo cibo aluus non it pro portione brassica si vteris (vti te moneo) nihil istorum vsu ueniet ex morbis. Si ex paucitate incommoditas insultat, moderata adiectio querimoniam tollit. Ex inuerso ordine cum suppressio gignitur, ordo immutetur. Huius rei historiam laudat Galenus in eo qui de facultatibus ciborum inscribitur ad hunc modum. Cum nostræ ciuitatis orator ab austeris pyris, malisque ventrem laxari sibi prædicaret, re mecum diligenter perpensa, perque experientiæ examen prius comprobata, Virum oraui, vt mihi vel vno die conuiua esset, quo videlicet ipse intueri possem, & quo tempore, & quo modo constringentibus vteretur. Ac in primis continuo illum id sum precatus vt ne

Nocumenta astrictioris alui.

Ventrem soluentia.

Historia

vt ne quid ex consueta victus ratione variaret. Hic ergo a balneo, aqua haud ita multa prębibita mox fœnumgręcum ac radiculam, aliaque id genus, quę plærique solent alijs nõdum gustatis sumere, similiter prælibans, dulcisque vini modicum semper bibens, maluas deinde ex oleo & garo, vinique momento comedit. Post hæc & de pisce nonnihil, & suilla carne, ac aue, ac denicꝙ cum secundo bibisset, paulum quid intermittens austeris pyris prandium inclusit. Tandem vero ad deambulationem prodimus, nec longe post, aluus illi egregie soluta est. Quæ vbi conspexissem, egi cum amico, vt postridie denuo mihi conuiua esse ne grauaretur, vtque penes me omne victus arbitrium esse permitteret. Quo non ægre impetrato, mox a balneo primæ mensæ pyra induxi, cæteraque deinceps ordine, quo erat assuetus. Quibus ita peractis non modo non abunde, sed ne mediocriter quidem desedit. Ipsi igitur obstupefacto, reicꝙ causam ex me scire gestienti, quæ nunc sequuntur exposui. Cum ea inquam gari ac aliorum simul cum eo sumptorum sit natura, vt aluũ subducãt, astringẽtia postremo iniecta subductionis causę fiunt maxime ijs, qui stomacho sunt imbecilli. Nã hęc ipsa ventrem roborantia, cõcitantiacꝙ deorsum trudũt in eo cõtenta. Hęc aũt vt ita habere credas, facilius adduceris, si cras inchoato ab astringentibus prãdio, proxime illis carnes vltimo ex oleo & garo fercula sumpseris. Nulla prorsus admiratione dignum mihi videtur, ꝙ bellus hic orator ex epulatione tam eleganti, statim ad egerendum cõcesserit, etiam si austera illa pyra in hoc nihil contulissent. Admirandũ magis si ad eum modum vesci cõsueuerat, ꝙ eum grauibus & periculosis morbis ei non fuerit res. Quis negat? quæ inter se diuersa dissident, si multa simul aggesta coeant, improspere confici. A balneo aquam & fœnumgrecum, & radiculam & (si dijs placet) plæracꝙ alia prælibabat. Deinde dulcis vini modicum, ab hoc subeunt maluæ cum oleo, garo, vino. Post hæc de pisce, tum Suilla infertur, tum volucrina, rursuscꝙ vinum hanc colluuiem austera pyra includunt. Miraculũ impletet, quæuis repagula non protinus reuulsa cessisse iactationi tam difformis ac male congruẽtis saburræ. Q, nõ sursum æque ac deorsum ruinę facta sit via, Horatius inquit

Diuersa edulia corrumpũtur.

Nam variæ res
Vt noceant homini credas, memor illius escæ
Quæ simplex olim tibi sederit, at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita.

Cum ex vtendi modo venter supprimitur, modus ipse castigetur & referatur ad tēperaturæ cōmodiorem Hippocrates ait: Semel die comedere, emaciat, siccat, aluū stringit, Prādere vero contraria facit. Si ariditas intestinorum vacuationem vetat, decoctum mercurialis, furfuris, seminis lini subijciatur, & nō raro oleum per se infusum opē attulit. Si caliditas impedimento est, iniecta cucurbita salubriter medetur, Si frigiditas quæ calefaciunt oportuna erunt: Si humiditas quæ resiccant. Semper in opposita qualitate remediū sedet. Aetius cōmunem astrictioris alui curationem sic docet, vt ex decubitus figuris erectior eis cōueniat, & ad sinistrum latus inclinatio. Silentium quidem ac quies ventrem cohibēt, motus autem & deambulatio impellūt. Paucus potus & nō cōpotare, neq; inter medios cibos potum accipere ventrem resiccant. Cōpotatio vero & multa potio stercora humectāt Somnus concoquit, & recrementa fluida facit, Vigiliæ vero materias distrahunt, & suspensas tenent. Nunc quæ ex iecoris concoctione redundant, multiplices quoq; morbos pariunt, si diutius in corpore obhæreant. Flaua bilis cum accenditur: febrem, cum ad animi domicilia pertēdit, insaniam gignit. Eum preterea qui regius appellatur, q͂ exquisitiore dietæ genere curari debeat, nōnullis arquatus dicitur, a cœlestis arcus colore. Sunt qui ab auri colore auriginem vocant. Galenus icteron ab aue concolori, quę latinis Galbula est. Si obstructio in causa moræ sit, extenuante victu insistendū cōstat atq; ea propinanda quæ ad laxandos huius folliculi meatus peculiari energia pollent. Dictu mirum, atq; etiam obiter dicendum. Permulta sunt, quæ obthurationes amouent, quæ soluunt, turbant, discutiunt, sed non idonea æque omnia ex quauis sede ad quidlibet depulsandum. Vt suam cuiq; homini temperaturam natura dedit, vt suum cuiq; tēperaturæ pabulum, & singularem cognitionē deligendi congrui. Sic singulis

Aetius

Iecoris recrementa quos morbos gignant

De virtute, quam medici discretiuam vocant.

gulis membris suam faciem confinxit, suas qualitates distribuit, aptum locum distinxit, iuuantia condidit, sensum indidit, quo internoscũt ab aduersantibus amica. & hæc data trahunt, rapiunt, concoquunt. Quodq; amplius mireris, & luculentum diuini Numinis opus est. Vis quædam medicamentis inest, & suarum præterea virium noticia, qua intro-sumpta irrepunt non in quaslibet vias, sed in certas, & ad discreta viscera quasi itineris ignara. Vnde alia cerebro conducere conspicimus, alia pulmoni, alia ventriculo, alia hepati, alia renibus, suaq; vesicæ. Sunt qui assertionem hãc dicterijs incessunt, sed ij plane contemnendi, & authore Galeno nugaces sunt, sed qui sic habet libro de compositione medicamẽtorum. Vtrum enim aiunt præses quidam eis imperat, quẽadmodum in tragœdia:

Tu vise latas propere portas Inachi.
Tu perge Thebas, modo quas Cadmus condidit.

Ita in his tu ad iecoris portas, tu ad vesicam, vel renes duos procurre. An quod in ventriculum ingestum est, iecur quidem excipit, inde vero per vniuersas corporis parteis defertur. At hoc scomma eos, qui huiusmodi cauillantur, tam esse medicamentorum facultatis imperitos arguit, vt a marino lepore pulmonem exulcerari solum ex omnibus corporis particulis penitus ignorent. Vesicam solam a cantharidibus, ab alijs renum lapides cõteri, ab alijs rursus thoracis promptas fieri excreationes, quemadmodum ab alijs alia in vna quadam particula singulariter perfici. Fellis oppilationem de proprietate insigniter recludunt, marathrum, eupatoriũ, marrubium, cuscuta, lupulus, sabucus, ebulus, ruscus, speragus, cichorea, solanum. Sin ex compressu eorum, quæ circumiacẽt minus eat bilis, nonnulla detractione vtendum est, & parciore victu. Quod si ob phlegmonem, scirrumve, iam res propositam tractationem excessit. Si intemperies nocumento sit, sanationis spes in opposita qualitate consistit. Q; si lienis vitio melancholia redundat, neq; suo satis officio fungitur obsepto tramite, per quem is humor excipitur, mox tristes ac truces ægritudines expectare oportet. Per totum corpus si se spargat, & in sanguinis conceptacula profluat, malũ gignitur, quod Græci nigrãm ictericiam vocant. Cordis præ-

Quæ fel aperiant.

Ex melãcholia qui morbi.

terea angores, desipientia mentis, pauor, consternatio, luctus & id genus affectiones adueniunt. Quare non pauci risum, atque alacritatem oriri contendunt ex bona constitutione splenis. Sin contra, non trahendi ad se, sed distribuendi infirmitas & impotentia fuerit, protinus oblectabilis illa ciborum appetentia restinguitur. Quando ad ventriculi ostium illa non se diuertit acris melancholiæ portio, qua tempestiua fames excitatur, & cuius erosione expergiscimur, atque admonemur consuetæ epulationis. In eum quoque tumorem attolletur lien, vt suo compressu grauiter præcordia torqueat, & hominem circuncinxisse videatur. Sic Plautinus leno exclamat:

Nam quasi zona, liene cinctus ambulo,
Geminos in ventre habere filios videor,
Nihil metuo, nisi medius dirumpar miser.

Post hæc inflammatio, dolor, distentio, hydrops, quartana, tabes, & his morbi similes consurgunt, Hippocrates ait, malas gingiuas & ora fœtida habent ij, qui lienes turgidos circunferunt. Quibus vero lienes magnos habentibus sanguinis eruptiones non fiunt, neque os fœtet, horum tibiæ malis vlceribus occupantur, cicatrices habent nigras, vel graue rauceque loquuntur, vel dentes dolitant, & quibus ea, quæ sub oculis sunt, tument. Extum hoc corroborant euchima, & quæ facile conficiuntur, non flatuosa, non exucca, non permacra, neque crassa, turbida, cruda, viscida. Suam ipsius vrinam ieiunus bibat, amari quoque lupini cum ruta decoctum. Camedreos, camepitheos, acorus, scolopendrium capparis, vitex, absinthium, calamyntha, lapathon, taraxacon, cortex salicis, nymphea, acetosa, elleboron, de proprietate opitulantur. Myricis tanta est præstantia, vt in vasis ex ea fabricatis splenetico cibum, potumque præbeant. Pyrrho regi in dextro pede pollex erat, cuius attactu lienosis medebatur, & quem cum reliquo corpore cremari non potuisse tradunt. Pituita cum exuperat, veternum, comitialem, apoplexim, dyspnœam, asthma orthomœam, coryzam, branchum, catharrum gignit. Naturæ ordo expostulat, & animantis bona constitutio, vti cerebrum multo phlegmate oppressum, per foramen, quod in palati extremo in eum vsum conformatum patet, atque per

[Margin: Amica lieni] *[Margin: Pyrrhi pollex]* *[Margin: Ex pituita quæ morbi oriantur]*

ipsas

ipsas nares se exoneret, sed præsentem sæpe noxam ac triste malum ea purgatio adducit. Vitentur quæ frigidum humorem præbent. Rosmarinus, sampsucus, ysopus, saluia, piper, macer, spica, crocus, in primis conducũt. Inedia quoq; est cõmoda Hippocrates ait. Quibus inter ventriculũ & septũ pituita reposita cubat, & dolorẽ adfert, ijs si ea cõuertat̃ ad vretras, morbus soluit̃. Vesicę excrementũ si tardius profluat, & itineris obstructio profluuiũ impediat, Quę laxãt atq; extenuãt, apiũ, petroselinũ, genesta, daucus plurimũ cõferunt. Si intẽperies lædit, iam dictum est crebrius, aduersam qualitatẽ remedio esse. Si pudor lotiũ substringit, deuorandus est pudor, aut vrbano aliquo & lepido commento eundum, quo saturi solent. Claudius dicitur edictum meditatus, quo condonaret, si quis efflatum, crepitumq; ventris in cõuiuio emisisset, cum periclitatum quendam ex pudibunda coertione comperisset. Nonnullis euenire solet, cum in foro aut comitijs, aut alias ob causas non licet dimittere aluum, vt humor quispiam acris ad sedem vsque descendat, & ibi perperam interpressus ad supernas rursus partes se proripiat, qui tum & ventriculum rodit, & caput vaporibus implet. Versiculus est: Non mictum retine, nec comprime fortiter anum. Quod si vesicam debilem huius longior detentio effecit, vt inepta sit excretioni, imus venter inductis manibus vellicetur. Purgamenta nouissimæ concoctionis si crebrescant, & propter constipatam cutem minus differantur, instandum est fricationibus, balneis, exercitationibus, & humidiore victu. Si languidus est naturæ calor, neq; ob imbecillitatem excernere potis, Quæ sanguinem præbent bene alibilem vinum, oua, perdix vsurpentur. Si vero congesta vel quia nimis crassa, vel nimis lenta infestant, Quę calefaciunt, attenuant, diuidunt nunc foris, nunc intus adhibenda sunt. Et ad hunc modum licebit causis intrinsecus vitam interpellantibus obsistere

Vesicæ accõmoda

Oleũ suppressum præcordia aperit

Quæ soluant nouissimę cõctiõis purgamenta.

Finis secundi libri.

LIBER TERTIVS D. IASONIS PRATENSIS Medici de curanda Sanitate.



TERTIVM librum assimilem tabulæ conabor reddere, in qua multiplices variarum rerũ formas cõspicamur. Quę non solo hoc nomine commendatur ꝙ exquisito artificio oblectabilis contuentibus placet, & breui voluptatula prætereũtes detinet. Sed eo quoq;, ꝙ ex ipsa non pauci vtilitatẽ compilant. Cum exẽplar sit, de cuius probitate pictores cæteri suas imagines transsumunt, & ex imitatione protẽdunt lineas, appingunt lucem, inducunt vmbram. Ex qua callidus fusor quod cum decore transfundat in æs, prædicabili furto surripit. Ex qua fictor haud prorsus iners rudem conuestit argillã. Scalptor industrius impolitum marmor pari ingenio interradit: Ad quam & architectus prædabundus accurrit, cum raram aliquã extructionem meditatur, atq; animi anceps fluctuat, quo dimensu suas trabes elegantius dispescat, quanto interuallo columnas distribuat, & nũc bases, proiecturas, epystilia, volutas, folia, flosculos, singulaq; pensiculatim arbitratur, quæ destinato ædificio vel fulcimina, vel ornamenta queant immitti. Vnde quiuis faber operi suo, veluti ex archetypo gratiam, & commendationem exscribit. Non alium (si parua licet cõponere magnis) hunc librum dabimus. In quem pro tenuitate nostræ eruditionis, & minerua pingui cõgeremus quicquid mortales in suos vsus tuendæ vitæ transferunt. Et diligenti expensione cuiusq; rationẽ annotabimus, vt in hoc quisquis valetudinis suæ studiosior cõmoda & congruentia sibi præcepta comperiat, & discat aperte, quibus vtatur epulis, qd potitet, a quota paropside substringat ingluuiẽ, quãtisper indulgeat somno, quãtum exercitio se cõmoueat, cuius

Comparatio non inepta

P deiectio-

deiectionem procuret, quem aerem sibi deligat, & quos animi affectus aut sequatur, aut fugiat. Operæprecium facturus non eram, si quot sunt hominum ordines, in tot volumina digestum hunc secuissem, & proprium cholerico de obseruando victu syntagma, & phlegmatico rursus diuersum conscripsissem. Sanguineus enim & suum protinus postulasset, nec iniustam querimoniam melancholicus instituisset, nisi & huic escarias tabulas exarassem. Quantam quæso, chartarum molem, si in hanc seriem absoluenda erat tractatio absumpsissem? Siquidem a mediocritate non eisdem numeris, quos infamat cholera, distant omnes: nec pari interstitio phlegmatici discernuntur. Sanguinei non ex æquo omnes laticem illum purpureum ac rubentem participant, haud ad vnum modum suos atra bilis obscurat. Itaque operam egregie lusissem, nisi mox cholericorum copias (id quod belli duces factitare consueuerunt) in legiones, in cohortes, in centurias, in turmas, in manipulos & contubernia distraxissem. Imo nec decem inuenias in flauæ bilis censu æquilibrium facientes. Veritati profecto (vt quod maxime) consonum est, nusquam binos reperiri consentientis omnino temperaturæ. Nimirũ quiuis homo soli sibi ex omni parte conuenit, nec ad aliũ sine discriminis nota similis componi sustinet. Etiam illustre dissidiũ interuenit, si ex vno patre, ex vno congressu, eodem in pandocheo gemini cõcipiantur. Ergo ad hanc exputationẽ dieticos pugillares mortalium sibi quisque flagitasset. Quo studio quid stultius cogitari potest. Post hæc flectendus erat calamus ad ætatum sexuum, artium mechanicarum discrimina. Neque negligenda ratio cœli, terrarumq́. Suum enim quæq́ gens palatum, nec quæuis regio quoduis esculentum gignit. Brabãtus atro pane ex olyra vescitur, Zelandus candido ex siligine. Ille suas rapulas in delicijs censet. Hic cæpas & allia inter gratissimas cupedias reponit. Extra hunc orbem narrãt ichthyophagos, chelonophagos, acridophagos, rizophagos, hylephagos, balanophagos, ophiophagos, ab esu quidem piscium, testudinum, locustarum, radicum, arbuscularum, glandium, serpentum. Primo profecto mortalibus virides herbæ pro epulis assumebantur, canente Ouidio:

Cuiq́ temperamento propria scriptur⁹ non est.

Non reperiuntur bini eiusdẽ temperaturæ

Suum quæq́ gens palatum habet.

Panis

Panis erat primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat:
Et modo carpebant viuax in cespite gramen,
Tunc epulæ tenera fronde cacumen erant.
Post modo glans nata est, bene erat iam glande reperta
Duraq; magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato
Mutauit glandes vtiliore cibo.

Nos impræsentiarum quantũ memoria suppetet, ac paupertas eruditionis suffragabit, vniuersim dicemus de his, vno velutí fasce, sed plurifariã partibili cõplectẽtes, quę huius cœli hoĩbus in vsum quotidianũ veniũt. Atq; illud in primis cõmonemus. Quisqs valetudinis bonę cupiẽtior est (neminẽ nõ cupientissimũ arbitror, qppe ea neglecta nulla cęterarũ rerũ voluptas est) hic naturã suã pbe cõsulat, et ei9 desyderia q̃ad facultas donabit, modis oĩbus explere studeat. Deus cũ ipsa animãtia fabricaret (quod superioribus liquido cõmonstrauimus) pabulũ quoq; idoneũ, & cuiusq; pasturæ congruens creauit, noticiãq; inseuit, qua hãc congruentiã intelligerent. Vt i suũ quodq; peculiare ac propriũ vsurparet, neq; alterũ alteri vitæ suæ fomentũ preriperet. Queadmodũ plantę indita vi ad se trahũt in terra mixtos & latẽtes succos, propriũ ac discretum factitantes, quod multiplex atq; concretũ antea erat. Quin ipsis pomis sapor, floribus odor, herbisq; suus vigor melioreścunt, cum diuersæ naturæ plantis eodem in loco cõsitis, singulæ quod familiare est, intra se subducunt. Mutuo beneficio sibi vtiles, quãdo alterius nutrimẽtũ nulla corripit, sed suũ cuiq; ex hac discretiõe purius, sinceriusq; relinquitur. Sic caro, q̃ ossibus pxima insidet, dulcior & suauior cõperit, illis nimirũ in alimoniã attrahẽtibus inamabiĩs & acris melãcholię amarorẽ. Discretionis moderatrix natura est, ipsi9 Dei bona volũtas. Galenus inquit: Grauidas capras cũ dissecarẽ, dissectoꝵ q̃stionibus, qbus fœt9 in vtero formationẽ speculanť, pmotus, inueni elegantẽ quendã hœdũ, quẽ a matre absolutum ita p meo more abstuli, vt ipsam haud quaq̃ videret atque in domum quandam, vbi multæ erãt pelues, deposui. Quarum aliæ vini, aliæ olei, aliæ mellis, aliæ lactis, aut alterius cuiuspiam humoris erant plenæ, aderantque fructus non

Naturæ desyderia explẽda

Plantarũ nutritio, & q̃uo sibi vtiles sint mutuo.

pauci, tum cereales, tum ab arboribus decerpti. Hũc itaq; cõspeximus hœdum in primis quidem pedibus gradientẽ, perinde ac si audiuisset sibi incessus gratia fuisse concessos. Deinde excussit, quam a matre contraxerat humiditatem. Postea pede latus scalpere, ac deinde vasa singula olfacere vidimus, percepto itaq; singulorum odore, lac tandẽ absorbuit, impulsus nimirũ tacito naturæ susurro. Quare luce clarius liquet, & est in cõfessis celebre, non eadẽ omnibus in cibũ conducibilia. Neq; hanc discrepantiam quis sic coarctet, vt eã in his solũ interuenire intelligat, quę specie diuersa separant. Quin latius explicat, atq; etiã deprehendit in his quę vnigena vniusq; familiæ cẽsentur. Nõ eñ necessum est quicqd in Hominis, aut Leonis nomẽclatura describit, cõsimili & nihil differẽte pastu alat. Cuiq; indiuiduo certã esse appetẽtiã cõstat, qua ducit in suæ tẽperaturæ cõferentia, & notitiã esse discretã, cuius remigio ab aduersis resilit. Isthuc tamen in Homine q̃ in cæteris animantibus cõspectius patet. Quoniam ab optima & primigenia constitutione multis de causis, pluribus modis degenerãt, aut generationes prodeũt adulterinæ, vt neq; omnibus idem, sed singulare singulis ingenium innascatur.

Sua cuiq; indiuiduo est appetentia.

Quo ad studia plęrunq; diuersa corripiuntur, neq; moribus neq; legibus, neq; victu per omnia satis cõueniunt. Quamobrem nos duabus veluti personis indutos cogitare oportet Quarum altera communis est, & in nullo non illustris eminet, ex eo ꝙ eius præstãtię participes sumus oẽs, qua bestijs antecellimus. Altera cuiq; potius priuata est, & conspicuam trahens differẽtiam ab alia qualibet. Vnde in corporibus magnæ & insignes dissimilitudines cernuntur, vti alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctam, alios dexteritate alia præualentes videamus. Ex hoc quoq; fonte multiplices ac difformes appetentiæ scaturiunt. Imo tum animi tum corporis motus, affectusque omnes variant. Sunt qui virtutem literas, eruditionẽ miro ardore persequantur, & nihil habeãt antiquius, q̃ peruigiles labores in re quapiam honesta collocasse. Alij inertiam, desidiam, ocia elegantioribus studijs pręferunt, aut in designandis flagitijs ingenij vim exercent. Vt luculenter inclarescat, suam quẽq; voluptatem trahere, neq; vna omnes capi. Haud aliter corporis affectiones multifariã dissident.

Duabus personis induti sumus.

dissident. Pluribus enim quæ amaracum & opobalsama spirant, admodum iucunda suauiaque existunt. Non pauci excellentis odoris acumen auersantur, & fugiunt. Plurimorũ palato dulcis mellitusque sapor egregie blanditur. Alijs huius pitissatio fastidium parit. Nonnulli in vnum aliquem cibũ auidi feruntur, & præ hoc etiam teneriorem contemnunt. Lucretius ait.

Rebus in his tanta est distantia, differitasque
Vt quod alijs cibus est, alijs fiet acre venenum.

Cæterum vndecunque in nobis hic motus oriatur, eũ non paruipendẽdum existimo, quippe qui nihil perperam, nihil temere, nihil frustra suadet. Sed veluti spiritus ex penitissimo corporis sinu proflat, & conscius eorum, quæ intus geruntur, rapit atque impellit ad eorum vsum, quæ certam vtilitatem allatura sunt. Neque alio præmõstratore habemus opus quia longe vincit ac superat confusa medicorũ iudicia. Sese ergo palam ridiculos statuũt, qui de singulis edulijs fortiter pronunciant, & statim diffiniunt, hęc cõducunt, hæc officiũt ista facile cõcoquuntur, illa difficulter, ex hoc probus succus emanat, ex isto improbus, illud aluum astringit, huic relaxãdi potentia inest, & de cęteris ad hanc formã decernẽtes. Modo id dico, perpetuũ velint, & vbique semper eosdẽ calculos referre pro mea quidẽ sententia fieri nõ potest, vt vnica enũciatione esculentorum iusta censura proferatur. Ex ipsius alẽdi corporis ratione ipsum alibile aut laudis aut vituperij potissimã notam meretur. Neque tã insciens & imperitus rei medicæ sum, qui ignorẽ, cũ quępiam euchima, aut cacochima, seu huius alteriusve facultatis prædicantur: hoc iudiciũ spectare ad temperaturã inculpati corporis. A qua cum multis modis deflexum sit, nõ continuo, quæ medicus eximia præscribit, in nostras epulas pro eximijs transferemus. Quin gustum atque ventriculũ cõsulemus: Binos habeat oculos oportet, qui bonæ valetudinis tutelæ præficitur. Alterũ ad alimẽtorum qualitatem dirigat, & reliquũ ad eius habitum cõuertat, quem probe educandũ suscepit. Sed maiori expensione dignum asseueramus, in quæ quis feruidus feratur, & qualia nõ solũ innoxia cõficiat, verũ cũ roboris ac firmitatis incremẽto transmittat in corpus. Suas quisque delicias sequatur, &

Naturæ impulsus non est temerarius

Error quorũdã medicorũ.

Medicus binos oculos habeat.

sine inuidia potiatur concupitis, natura quãtitatem metiẽte. Sunt qui bubulam præ ficedulis affectent, & qui Suillã præ mellitissimis cupedijs ducant. Augustus admodum vulgaris erat cibi, & cũ exquisitissimorũ ac regaliũ copia suppeteret, secũdario pane, & minutis pisciculis, caseoq; bubulo manu presso maxime delectabatur. Quare nõ est de nihilo, qđ Hippocrates inclamat: Parũ deterior cibus, si appetitur melioribus anteferẽdus. Nec omino vanũ illud populare: Qđ melius sapit, melius nutrit. Plerosque admirãri subit, qui dubijs epulis excepti, a præsentibus medicis percunctari solẽt, quibus potissimum manum admoueant, & a quibus, ceu a lapide, sub quo funestus scorpius dormit, cati refugiãt. Nullumne discrimen ponant inter assa & elixa, inter bubulam & ouillam, butyrum & oleum, vinum album & rubrum, & de quibuslibet in hunc modum appellitantes. Quorũ ego orationem surridẽs excipere assueui, ꝙ loco tam eximio medicum habeant, qui nec digitulum illatis immittere audeãt, nisi is suo oraculo metum eximat, & decernat hoc salutare, atq; illud improsperum. Mox & ab his ipsis impetro, vti mihi quoq; respondeant, & nihil tergiuersantes fateantur. Quibus edulijs potissimum capiantur, & a quorum esu nullam fatigationem sentiunt in ventriculo, sed concoctionem perfici citra laborem, & ab hac promptissimam ire digestionẽ, plenius effici corpus, & succulentius reddi. Tum huius præstantiæ esculenta non solum innocentiora, verum ex vniuersis delectu facto vsurpanda subijcio. Neq; tantopere curandum, elixa ne sint, an assa, bubula an ouilla, butyrum an oleũ aut quo colore vinum existat, magis spectandus est naturalis desyderij feruor, & preferenda stomachi propensio, & deponderanda corporis incolumitas. A medico, inquit Plutarchus, sciscitari, quid sibi sit concoctu facile aut difficile, quid aluo conducat, aut noceat. Id non minus est turpe, q̃ interrogare, quid dulce, quid amarum, quid austerum. Siquidẽ ipse sui sensu caret, cæcusque ac surdus inhabitat corpus, quisquis ista discit ab alio. Lucretius ait:

Augustᵒ vulgaris cibi

Quorũdam morosa percunctatio

Nec refert quicq̃ quo victu corpus alatur,
Dum modo quod capias, concoctum didere possis
Artubus, & stomachi humectum seruare tenorem.

Iam

Iam nec tacitum oportet (q̄uis & me tacēte manifestum sit) consuetudinem ipsam non minorem sibi potestatem vendicare, q̄ naturam. Quibus enim vesci cōsueuimus, his quoq; valemus rectius. Neq; admodum tutū est ad insueta transire, etiam si hæc illis præstantiora censeantur. Ventriculus multo, longoq; vsu veluti perdoctus, quotidianum cibum expeditissime conficit, & humorem ex eo manantem ipsa sibi membra sine vllo negocio agglutinant. Neq; opus est in luculenta re logos profundam. Galenus in eo, qui nonus est de medēdi methodo sic habet: Atqui si omnes tēperamentorū notas in vnū colligas, eæ lōgissimæ absunt, vt parē ei: quā cōsuetudo præstat, fidem faciant. Si enim antea per sanitatē quispiā frigidā perpetuo biberit, neutiq̄ nec in iecinore, nec vesica, nec ventriculo, nec alio quopiā taliū offensus, planum est, & valida illi esse hæc omnia, nec nunc a frigida lędendum. Non est igitur, quod paruum quiddam, atq; ad spectādum leue, ad inuentionem remediorum, cōsuetudinem existimemus, veluti nec ad sanitatem tuendam. Nemo enim adeo est stupidus, vt magnopere ex frigidę potione læsus, hanc in diutinum vsum duxisse velit, propterea quod læsus interim atq; ægrotans omnino ab ea desistet. Videtur ergo non sicut alia quædam exiguam, leuemq;, sed plane maximam, & maxime principalem potestatem obtinere.

Consuetudo naturæ potestatē vēdicat.

Quare cum tantā vim sibi arroget consuetudo, authore me, quilibet assuescat melioribus vti, & cū his habere cōmercium, quæ ad propriā tēperaturā collata probū succū præbēt. De his dico, quibus quālibet bene quoduis esculentū sapit. Nutrimēta tēporis pgressu haud obscure in naturā suā rapiūt, atq; transmutāt corpora, in quorum substātiam cōuertuntur. Si quis enim asinina, bubula, ceruina multū diuq; vescatur, is quidem somnolentus, iners, pauidus efficietur. Qui feruidarum animātium carne alitur, huic calidus circū fluitat præcordia sanguis. Nō parum ergo refert quibus edulijs venter quotidie saturetur, namq; qualem vsum tibi paraueris, citra periculum commutare non licet.

Vescendū est melioribus

Quę praui succi sunt, q̄tumuis recte a nonnullis confici videantur, clam tamen & sensim longa dierum serie in ipsis venis prauū succum reponūt, qui vel leuicula arrepta putredinis occasione sęuissimas ęgritudines excitabit.

Nulla cibatio in familiaritatē asciscenda

Nullam

Nullam tamē cibationem tibi tam familiarem reddas, vt mi nus vsitatam aut fastidias, aut omnino nequeas ferre. Quip pe qui sæpe inopinatis rerum sortibus subijcimur. Ne igitur de improuiso & repente in nobis insueta (id adferente casu) aliquando incidamus, præstiterit non addictos esse nos sta to ac descripto generi pastus. Sed sic formatos, vt citra labo rem de quibuslibet liceat gustasse. Hac ratione vnica tātum cōsuetudo periculo non vacat, & optimam sibi parauerit is, qui ventriculum minus cōsternabilem habebit, si non semp eodem iusculo expleatur. De prima infantulorū educatione seu de ipsis cunis abunde satis a nobis dictum est in eo, qui de pariēte ac partu inscribitur. Sed quando & præsens insti tutum, id postulare videtur, haud alienum fuerit, hoc loco ea dem de re cōmeminisse, & in memoriam reuocasse, quæ ali bi quoq; enarrata sunt. Fœtus cum iustū incrementum ade ptus est, & in modū præfinitæ magnitudinis adoleuit, conti nuo gestantis succus alituræ par esse desinit, & qui loci pro gliscentis corpusculi complexu satis constrati patebāt, adau cto iā & permaturo incōmodi fiunt. Quamobrem excute re se, ac de tenebris in amœnam lucē prodire tentat, ex angu stis, cohibitisq; cubilibus, vbi spiritum trahat liberiorem eua dere. Cęterum conatus hic nec temerarius est, nec fortuitus, nec sine diuini Numinis auspicio, cōmoderatur enim sapiē tissimæ naturæ consilio, quam Deus omniū rerum archite ctus suo nutu excit, & primū docet, quoad tēporis embrio nem sinat in latibulis vteri cōmorari, deinde, quando tempe stiuum sit cōmouere, atq; exturbare. Neq; aliter fieri potest, cū quæ in enixu admiranda accidunt, pensiculatius obserua mus. Pro huius igitur arbitrio vertit solum, explicat se, in ca putq; deuoluitur, quasi eo delapsu felicius emersurū se intelli gat. Os quoq; vuluæ sensim dehiscit, vt primū obstetrix di gitulū queat intromittere, mox plusculū diducitur, & tādem ad eruptionis momēta, quantum maxime laxari sustinet, ada pertilis panditur. Huius præterea fundus admirabili nisu, q̄ potest prōptissime, vniuersus ad ostium inuertitur, & quod hærebat a bamento pensile, auxiliantibus musculis qui in ab domine siti sunt, foras extrudit. Effusum porro infantem ob stetricula dextre excipiat, & vinculū illud, quo affixus parēti

Causę partus

innite

innitebatur, tẽperato ictu, ne quid amplius violet, acuto forficulo rescindat. Itaq; transuersis quatuor digitis ab infantulo, ac probe deliget, fido, tenacique filo ex lana, nostrates ex tortili ligno, ne resolutus nexus periculũ afferat. Quibus ergo huius cura delegata erit, ad funiculũ subinde redeãt, ac diligẽter pspiciant, ne diffibulet, & sanguinis effluuiũ cõsequat. Qñ plus q̃ cõueuit, & iuxta radicẽ vmbilicus præcidit, Dyspnœa, hoc est spirãdi difficultate intereũt. Iã qm̃ fieri nõ potest, quin exillato vulnusculo suppullulet dolor, adhũc restinguendũ meminerint linteolũ imbutũ oleo roseo admouere. Septimo plerũq; die vmbilicus decidit, ante quem nec olim pueris nomina imponebant. Alexãder Trallianus: Si quis, inquit, de recens in lucẽ edito partu exiguam vmbilici partem detrũcauerit, & argento, auro ve inclusam secũ portauerit, immunem se doloribus coli, & exortem tuebitur, quod quidẽ experimento probatũ est. Deinde ad defricandam illuuiem corpusculi, quã obseptus in vtero cõtraxit, simulq; ad extergendas pariturae sordes, in solio declinetur, & affusa aqua ad nitorẽ vsq; ppurgetur. Quae sufferuefacta moderatũ trahat calorem. Sunt qui gelidã effundant, vt ipsa cutis probius cõstipetur & induresCat aduersus ea, quae foris inimica incidũt.

Vmbilici præcisio.

Aqua calida lauãdus puer

Vergilius ait:

Durum a stirpe genus natos ad flumina primum
Deferimus, seuoq; gelu duramus, & vndis.

Profecto minus est obnoxius iniurijs causarũ extrinsecus ingruentiũ, nec tã facile succũbit, qui vel arte, vel natura coriũ corporis densum atq; astrictum sortitus est. Sed repentinas cõmutationes nemo citra tumultũ tolerat. Nõ eget explicatione quantam calamitatẽ afferat subita refrigeratio, quibus vndiq; membra fluore madent, calore fumãt, spiritu pulsant. In aetate primula, adhuc hiante cerebro, palpitãte corde, animula ex praegressis laboribus vacillante, quis gelidae futurus est vsus? Nimirũ tenuẽ exoriẽtis vitae faculã praefocabit. Immodica praeterea cutis veluti incrustatio, & si detur, vt strenue defenset ab eorũ inclemẽtia, quae extrinsecus occursant, plus tamen mali gignit in intimis, cũ meatus occupat, & itinera claudit, per quae differri & laxari debẽt, quae multa multis modis in corpore ebulliũt. Sanguinis vapor, halitus, fu-

Densa & astricta cutis morborum causa.

mus,fuligo,spiritus,sudor, cętera quoq;,si perspiratio negatur,ruina quadam retrouoluuntur,& ab extimis partibus ad intimas sedes recurrũt,quas tamẽ liberas maxime & vacuas omni cõtage oportuit. Apd' Germanos,inquit Galenus, ne nutriri quidẽ infantes plane cõtenderim. Nã quis quęso nostrum tulerit, modo æditum infantẽ etiã ab vtero calentem ad flumẽ deferre,ibiq; sicuti Germanos aiũt:ceu candẽs ferrũ in frigidũ humorẽ mergẽdo,simul de naturę vigore periculũ facere,simul corpus ipsum roborare. Quippe si citra noxã id tolerauerit,& qd' proprię naturę robur ostẽdit,& nouũ ꝑterea ex frigidę cõmercio cõparauit,nulli nõ pateat. Cęterũ si ab externo frigore naturalis calor sit victus,ꝙ ꝓtinus interire necessum sit,id quoq; neminẽ latet. Quis igitur mẽtis cõpos,nec omnino ferus,scythaue ꝓprium pignus in id agere discrimẽ sustineat,in quo errorem mors sequitur, potissimũ cum ex eo periculo non sit magnum, quod lucrifaciet Asino fortassis,aut id genus animanti vtilissimum fuerit, dẽsum ita,durumque tergus effici, vt citra dolorem frigus toleret. Homini ratione prædito cuinam quæso tam magno sit vsui.

Quis olĩ mos Spartiatis

Spartiatis olim mos erat,iamiam recens æditos vino abluere,idque periclitandi gratia,quoq; habitudinis ipsorum experimentum caperent. Siquidem affusum merum acribus fumis cerebrum appetit,tentat, & cõuerberat,adeoque neruorum vigorem debilitat, vt cõfestim comitiali morbo corripiantur,si non firmiusculi existant. Nostrates mulierculæ æstate lauant egelida,& hyeme calidiore. Post tenui sale inspargitur,aut auenæ paleis confricatur,aut hordei,aut lomẽto. Neq; inutilis est perfusio ex decocto myrti, rosarum, balaustij,maxime si vieta & præhumida temperatura sient. Magnam commoditatem adfert linimentum ex oleo glãdium,

Oleũ glandiũ

aut ex melle,sale & osse sepiæ. Hęc enim ipsius tegmẽ ad indolentiam q̃ aptissimum reddunt,& ad faciliorem tolerantiã eorum,quæ extrinsecus crudiuscula oggrassantur. Quoniã necessum est,vt qui nunc æditus versetur in calore, & frigore,& inter corpora multo se duriora. Nec alienum fuerit cõmodis subsidijs cuticulam aliquousq; roborasse,ne ad insueti incidentis morsum tristius lancinetur. In vtero quidem cũ reliquis æque mollis erat, nec vlla causa exigebat, cur indu-

resce-

resceret. Non enim quod incubitu suo attereret, ex propinquo circũsistebat, necq; vsq̃ grauis aer aspirabat. Sed proiecto in hanc lucem multa statim iniqua occursant. Primum igitur studium, contractam illuuiem defricuisse, mox butyro salso, aut oleo in omnem ambitum perunxisse. Nostrates laneum panniculum imbuunt butyro, & corpusculum quaqua vorsum tractant ac circumlinũt. Naribus eliciatur muccus, Aures repurgentur, Palpebræ diducantur, extergantur oculi, in quos subinde dulcis olei lachrymula instilletur. Papillulę cõprimantur, & extrahatur humorulẽtum illud quod neglectũ suppurare consueuit. Aluus meconium seu papauerculum reddat. Alij statim, alij breui, sed omnes intra diẽ oletãt, quod colore cruentũ, atq; admodum nigrũ & piceum est. Insumma omnes meatus, omnes canaliculæ, omnes ductus & viæ impedimentis vacent, ac tersæ, perspirabiles & cõmeabiles pateant. Si qua sunt membra minus expassa, dextre protendantur, si luxata, lepide reponãtur, si tumefacta, exasperata ve cõcinne adæquent. Sagax obstetrix cuncta solerti ingenio ꝓbe interpollet. Cũ molles adhuc & obsequibiles sunt artus tentandum est omni sedulitate, ac diligẽtia, si quod emineat dehonestamentũ, id vti prorsus tollatur, aut q̃ fieri queat, imminutum maxime dispareat, & elegans totius corporis symmetria perficiatur. Plato in eo quem de natura Hominis inscripsit: Posteaquam, inquit, natus est Persarum regis primo genitus, mox puer non a quauis nutrice, verum ab eunuchis qui reliquorum, qui circa regem sunt, optimi habentur, quibus & alia, quæ spectant ad puerum demandantur, ac præcipue vt natum q̃ pulcherrimum reddant componẽtes membra eius, atq; dirigentes, & hæc facientes magno in honore sunt. Secundum hæc manusculæ ad latera ac genicula protrahantur. Pedioli iunctim explicentur, ne aut vari, aut valgi obtortis crusculis efficiantur. Panniculis mundis inuoluatur, & latiusculis institis succingatur, ne sine retinaculis membra in quemuis habitum fluctuent. Capitulum candida vitta, commodisq; mitellis astringatur, ne caluaria improbius protuberet. Scythas quosdam apud Meotim paludem Macrocephalos ferũt. Quæ gẽs puellulo iam nũc nato tenellulũ caput compressabat, ac crebro manuum adnisu in prælongam

Infantium contrectatio

Persarũ mos

Qui Macrocephali

longam formam propellebat. Deinde machinamenta & cō grua vincula aggerebat, quibus ipsa rotūditas attereretur, simulq; proiectura concresceret. In quem modum adolescere & per ætatis augmēta cōfirmari cogebant. Siquidē eos qui capita longissima habebāt, pulcherrimos & generosissimos prædicabant. Tandē versa est in naturā cōsuetudo, vti natio hæc iam macrocephala nascatur. Galenus membra torqueri & figurari pro vinculorū impulsu, in eo, quē de morborum caussis cōscripsit, aperte docet. Crura, inquit, ob incumbentium eis corporū pondus interim in exteriorem, nonnunq̄ ad interiorē partem diriguntur, idq; pro natiua ipsorū inclinatione. Nā quibus rectiora sunt, q̄ ordo naturæ expostulat, hi magna ex parte vaciæ efficiuntur. Quibus vero magis sinuosa, vari reddūtur. Voco aūt vaciam, cui in exteriorē partem crus flectitur. Varū aūt ecōtra. Pectoris quoq; membra subinde viciātur, vbi in prima educatione nutrices supra modū ea coarctant, id quod apud nos præcipue & continenter videre licet in virginibus. Nutrices enim quo partes, quæ circa coxas sunt, & ilia magnopere augeātur, fascijs thoracē circūligare solent, vehementer stringentes tū scapulas, tū reliquas omneis thoracis partes. Quū vero plærūq; nō omnes fasciæ partes æqualiter rēdantur, accidit vt vel pectus ad anteriora promineat, vel ea spinæ pars quæ illi opponitur gibberosa reddatur, ac interdū dorsum veluti præfractū in obliquum seducitur, adeo vt altera scapularū diminuta, contractaq;, altera vero eminens, tumida, ac omnino maior appareat. Dehinc laneo amiculo circūtectus in cunis reclinetur, loco sublustri, aut tenebricoso. Aestate quidē suffrigido, hyeme vero calidiore, atq; in alterutrum latus obdormiat. Pueros cōstat omniū perfectorū partuū imperfectissimos esse, quiq; incremento superioris partis exuperant. Intra parentem vbi primū sentire cœperint, tempus omne dormitione transigūt. Quare & in hanc aurā extrusi plurimum procliues sunt ad somnū, quo eximie saginantur, & fortescūt. In vtero tamen subinde expergiscūtur, sed mox soporātur, & in priorem facultatē cito delabūtur. Vigilantes primis quadraginta diebus neq; rident, neq; lachrymantur. Dormiētes vtrūq; interdū faciūt, nimirū propter cōsuetudinem, quasi nescij vigilandi

Fœtus in vtero permultū dormiunt

gilandi sentire ac viuere in dormitione videntur. Inter philo
sophos amœna magis q̃ frugifera questio versatur. An som
nus in primis vitæ auspicijs vigilias anticipet, Aristoteles in An somnus
hunc modum differit. Q꞉ proficiscente etate magis expergi prior vigilijs
sci visuntur, cōtrarium, id est somnũ principio generationis
inesse probabile est. Tum etiam trãsitio de nō esse in esse per
medium fieri solet. Sōnus aũt talis sua natura esse videtur, vt
viuẽdi & nō viuendi interliminiũ sit, & neq꞉ omnino sit, qui
dormit, neq꞉ nō sit. Viuitur enim potissimũ vigilia propter
sensum, Sed si animal habere sensum necesse est, & tunc pri-
mum est animal, cũ primum cōtigit sensus. Primam illã dis-
positionem nō somnum, sed similem somno esse, putandum
qualis plantarũ est. Etenim ita accidit, vt per id tempus vita
plantæ animalia viuant, Que nō dormiunt, quoniã inexper-
giscibiles sunt, nullius em̃ somnus inexpegiscibilis est. Vni-
uersam preterea victus rationem humidã sibi adhiberi postu
lant. Quippe qui ventriculo sunt infirmo ac tenero, cibis in-
digent imbecillioribus, & qui facile queant domari. In hunc
vsum natura matribus lac tribuisse videtur, quod veluti pro-
prium, familiare, & iam præparatũ alimẽtum suis infantibus
porrigant. Neq꞉ hoc loco expectabis lector, vt veterem tibi
cantilenam occinã, teq꞉ distineam cōsarcinatis verbo꞉ amba
gibus in eo cōmonstrando, quod magno numero præstabi
les viri ratũ pronunciauerũt, imo quod per se, & citra cuius-
piam testimonium meridiana face clarius elucet. Nullam vi Optimus ci-
delicet escam eque cōducibilem recens nato, ac ipsum lac, & bus ĩfanti ma
presertim genitricis papillulis exuctum. Plato in Epitaphio ternum lac
Omne ait: quod gignit, nutrimentũ cōueniens genito obti-
net, quo plane discernitur mulier illa, quæ peperit, ab ea, que
infantẽ simulando supposuit. Nã que peperit, lacte abundat
ad eius quod genitũ est, alimoniam, alia vero nequaq̃. Itaque
maternũ lac, modo vitiosum non sit, præ alieno hauriant. Id
quoq꞉ obstare potest, & impedimento esse, si suapte natura
exuccæ & parũ lactis habentes existant, q꞉ dẽse, solide, duraq꞉
carne cōpactæ sint, vti in mãmas nō satis humoris diuertatur
In quem euentũ deligenda est nutricula, quæ proxime acce- Nutricula
dat ad tẽperaturam, ætatem habitũ eius, que facta est parens, qualis ligẽ-
& ad animi propensiones modo cōmendabiles predicẽtur. da.

Hac diligentia præstabitur, vt alienum lac minus incommodet. Q; si hæc non detur, neq; pro voto aptissima occurrat, summo studio prospiciēdum, ne ægrimonijs vllis obnoxia langueat. Nō eget diserta assertione, per se satis liquet, q; ex morbidis corporibus grauis fluor trāscurrat in eos, qui cum his crebro versantur, & illata contagione similem affectionē infundant. Quanto iustius verendum, & periculo propinquius. Ne ipsa morborum semina in lactētes cum lacte corrupto transiliant. Neq; grandior natu longam annorū seriem cōputet. Quoniam in his ob inclinationem caloris naturalis crassior, frigidior, paucior, & quadam inamabili qualitate præditus sanguis reperitur. Neq; admodum iuuenis, in quibus natura primum sibi consulit, & quantum appetit, ac bene conficit, in proprium corpus transmutat, vt nihil, aut minus satis nutricando infanti superfluat. Prouectior quidem annos quinque & triginta non excedat, iunior non minores viginti numeret. Procero pectore, mammis turgidulis, papillulis nec enormi longitudine prominentibus, nec nimia breuitate retractis. Corpore succulento, non obeso, non item strigoso. Id quoque magnopere conducet, si masculum enixa, imo magis si geminos mares, sed non ita pridem. Salubrius habent fuscæ quam candidæ. Affectus præterea nutricularum in animos pusionum suctu transmitti creduntur. Alcibiades Atheniensis cunctis Grecis barbarisq; fortitudine, consilio, peritia rei militaris suo tēpore præferebatur, & est habitus ante alios clarus. Hostes omnes terra, marique formidabilis superabat. Nihil in votis habebat prius, nihil in vita magis expetendum ducebat, quam vt fama & rerum gestarum gloria excelleret. Tam fuit in cogitationibus acer, in periculis subeundis promptus, vt Spartanis potius, quam Atheniensis videretur. Naturam hanc plerique putabant contraxisse eum cum lactis alimonia. Siquidem eius nutrix lacena fuit, Amicla nomine. Iam nec parum refert quibus edulijs vescatur, lactis enim temperatura sanguinis qualitatem sequitur, qualitas sanguinis ciborum facultatem. Itaque cibus si optimus sit, & nullo vitio inquinatus, ex eo sanguis inculpatus gignitur, ex quo & commodissimum lac conficitur. Arefacientia igitur fugiat, quod genus

Affectus nutricularum in lactentes trās. meant.

Qualitas lactis sequitur cibationem.

genus lentes, fabæ, castaneæ, caseus vetus, Ceruina, leporina, bubula. Ab aquulentis abstineat, in quorum censu annumerantur, atriplex, spinachia, melones, cucurbitæ, cucumeres, fraga, mora, pruna, cerasia. Ab astringentibus, sorbę, cydonia, mespila, oliua, Ab acribus, allium, porrum, cæpa, Ab acidis, salsis, acutis, amaris, vehementer odoratis, condimentis, bellarijs, & vino. Nisi horum aliquod medicaminis loco propinetur. Alatur iusculis, pulticulis, sorbitiunculis. Vitulina, hœdina, suina, ouis mollibus, butyro, caseo recenti, & alijs, quæ cito lactescunt. Hippocrates ait: Si lac non comparet, fructum fœniculi & radicem, butyrumque simul coquito, refrigeratumq; porrigito. Iam in hoc euentu, mammæ manibus suauiter, crebroq; confricentur, Pastores montis Aetæ narrant caprarum vbera, quæ coitum non patiuntur, vrticis conuerberare, vt dolorem infligant, & calefaciant attrahātq; sanguinem. Quo ingenio cruentum quid primū eliciunt, mox puerulentum humorem, postremo lac, nō minus q̄ ex ijs, quę Venerē patiuntur. Brachia, vlnas, manus & supernas corporis partes laborculo aliquo exerceāt, liberaliter epulētur, diutile dormiāt, irā, tristiciā, & oēs animi immoderatos affectus sedulo vitent. Nihil ęque lactātibus officit, ac profluuiū alui, inedia, peruigiliū, ingēs labor, multa sudatio, luctus, angustię, mœror, Nocturnā palęstrā omnino refugiāt. Mēses em̄ viri cōsuetudine, pritant, & ipsum lac odoris gratiā in deterius mutat. Quin ex Venereo cōgressu sępe numero implētur, & cōcipiūt, qd' inauspicatū vtriq; censet. Siquidē eadē est & lactis & menstruorū materia, quā natura ea vbertate profundere non potest, vt anceps sufficiat. Cū in alterutram partem secedit, necesse est in alteram obtorpeat, aut si vtriq; inseruire cogatur, pars neutra quantam portionem efflagitat facta partitione sortietur, & minor vt est futura, sic & impurior depręhendetur. Optimi lactis significatio odoratu, gustu, visu quoque exploratur. Quod pitissanti amarorem, aut salsedinem, aut extraneam aliquam qualitatem exhibebit, vitio non caret. Quod triste quid ac insuaue olfactanti aspirat, prauum censetur. Intuenti nisi candidum, æquabile, ac liquidi, crassiq; medium apparebit, votis nō respondet. Aristoteles cōmodius existimauit, id quod liuorem

Pastores Aetæ.

Quæ officiāt lactantibus.

Eadem lactis & menstruorum materia

Optimi lactis significatio

liuorem nonnullum trahit, q̃ quod eximie candidum. In hoc fortassis plus casei, in illo plus seri reperitur. Est porro ad alendum validius in quo exuperat caseus, sed lactentibus salubrius in quo huius est exiguũ. Papillulis priusquã admoueatur colũbarum industriam imitari oportet. Hæ tacito naturę impulsu suis pipionibus salsiorẽ terrã gutture colligẽtes in ora inspuũt, vt tẽpestiuitatẽ cibo parent. Ita purioris aliquid mellis ante suctũ pusionis osculo indidisse expediet. Aluus enim promptius deijciet, & sordeculæ cõcinnius eluẽtur. Quibus nõ repurgatis cõfusum lac corrũpitur, & alitioni inutile redditur. Sũt qui oleo amygdalino, butyro, saccharo, his vna subactis ad tris, quatuorve, dies infantẽ cibant. Quale pręsidiũ valere plurimum arbitrãtur aduersus comitialem morbum, cui malo grauiter obnoxij existũt. Atq; in hũc vsum nõnulli fauces vulpino cerebro infricant. Alij caprę cerebrũ per aureum annulũ traiectũ infundunt. Eius artis peritissimã fuisse ferunt Cybelen, Quæ infantũ ęgrimonias prõptissime leniret, cũcq; permulti curarẽtur: magna mater nominata est. Ante quartũ, quintumve diem a paritura matris mãmam nõ trahat, sed purulentũ illud, & crassum virus (colostram vocant) prius effluxerit, Quo succo nec Cervę suos catulos imbuũt quasi morbiferũ ac pestilentẽ intelligant. Pręterea magnopere iuuerit ipsas papillas modico mellis, aut syrupi violacei illeuisse, quia excitus dulcoris illicio cõdiscit ardẽtius mãmę capitulũ cõplecti, simulq; lac nõ facile in vẽtriculo aut cogit, aut acescit. Quod si difficilior omnino ad suctũ sit, osculũ diducatur, & pressis epistomijs fonticulorũ naturæ humectet. Sunt qui bis, terve porrigendã mammam præscribant, Nostrates altriculæ statum numerũ nõ obseruant, quoties vagitu est importunior pectori apprimũt. Nimia fartura somniculosos, desides, torpẽtes efficit, & subijcit pluribus ęgrimonijs. Nũc renes calculo onerantur, caput pituita, vẽter immodico flatu, obthurationes, inflammationes, celerisq; mors ex ingesta plenitudine oriũtur. Fasciolis interdiu semel atq; iterum eximatur, & permutẽtur lintea. Galenus habet: Qui curam infantis suscipiet, hũc plane acrem mediocritatis, conuenientisq; cõiectorem esse oportet. Aut eñ ab extraneo quopiam offensi, aut aluũ exonerare, aut meiere, aut esse, aut bibere vo-

Columbarũ industria

Pueri comitiali subijciũtur.

Nimia fartura somniculosos efficit

re volentes,perinde ac discruciati plorãt,atq; enormiter mo-uentur. Fieri etiam potest,vt frigore offensi teporem desyderent,sicuti cõtra afflicti æstu,refrigeratione͂. Est quando multitudinem instratorum non tolerant,maxime, quãdo aut totum corpus vertere,aut etiam artus mouere cupiunt. Quin etiam ipsa quies,si sit diuturnior,non parum molesta esse solet. Igitur corrigere ilico tẽtabimus,vel præbito,quod expectat,vel sublato qđ offendit. Ego namq; puello quodam totum diem irato,plorante q;,ac immodice se, & inordinate iactante,nutrice ipsa omnis cõsilij inope:deprehendi qđ infestaret. Quippe vt neq; papilla in os immissa,neq; a nutrice ꝑlatus si forte meiere,aut aluũ exonerare vellet,lenitus est,sed nec cum ab vlnarum agitatu reclinari est cœptus. Aduerti aũt tum lectũ,tum inuolucra,tum vestes ipsas sordidiores. Propterea puellum ipsum immundum atq; illotũ lauare, detergere q; iussi,tum lectulũ mutare, ac vestem omne͂ tersam, mundam q; præbere. Quibus peractis,protinus ab immodico agitatu conquieuit,ilico q; dormiuit,nõ suauissimum modo,sed etiam longissimũ somnũ. Membra ad mitioris ignis calore͂ foueantur, & defricentur manibus sæpicule reductis. Spina,vertebræ,articuli ex ceruisia,aut eius lotio, qui brassicam comederit,crebro vngãtur. Id genus præsidij plurimũ conducit ad accelerandum gressum. Sunt qui balneandum præcipiant,quod a nostratibus prorsus negligitur. Si quis tamen velit,aut contendat balneandũ,nullus repugno,id modo transigatur vẽtriculo vacuo, & inani, & lacte adhuc incõfecto nusq̃ obhærente. Periculum enim est, & grauioris mali suspitio,si plenum vẽtrem infricet,lauetque. Ea cõmotione vniuersum corpus crudo & intempestiuo alimento impletur. Quare mox ante frictionem,balneum ve,puerulo nihil offeratur,quin commodissimũ tempus fuerit ad hæc administranda post profundissimum somnum, in quo vel leuatum plane ventriculũ inuenias,vel probe cõcoctũ,si quid in eo restitit. Manusculæ pandiculent͂,axillæ,fœmora, & obstructiores sinus,in quos omneis irrepere solet intertrigo, diligẽter explicent͂,extergant͂,resiccẽtur. Q; si hæc loca nunc id vitiũ corruperit, obsideat q;,si indas lineamentũ rasile, sensim persanatur. Huius quoque cõbusti cinis, & calciamenti veteris

Pueri balneãdi.

crematæ soleæ, myrtus arida, rosæ, balaustium insigniter opitulantur. Aluus nisi munere suo probe defungatur, eius admoneatur, & aliquo clementer vellicante irritetur. Omne fel deijciendi cupiditatem excit, præsertim puellulis, si quis cõceptas stuppas in eo tinctas sedi submittat. Candela item sebacea pro modulo excretorij meatus in cuspidem turbinetur, & suauiter inducatur. Altriculæ auricularem digitũ oleo butyrove inunctum suttrudũt. Nonnunquam recens natis anus, penisque glans, superiecta membranula obstruuntur. Quæ si fieri queat commode, vnguibus dirumpatur, sin minus acie scalpelli perforetur. Notatum aliquando narrant, narium & aurium foramina septimo mense genitis defuisse. Foriolis & quibus lubrica sunt intestina, milium cõfert. Nec segniori studio est annitendũ, vti lotiũ vesica reddat. Quæ si lenta respondet officio, incumbente manu molliter comprimatur, seu qua pubes expullulat, axungia cuniculi circũliniatur. Qui plus mingunt q̃ hauriunt, viuaces non existũt. Qui pro rata portione plus oletant q̃ mingũt, habitiores victitant. Totius omnes corporis fistulæ noxijs excrementis vacuentur. Post niueis panniculis inuoluantur, & in cunis dormituri reclinentur. Cæterum magna cura prospiciẽdum ne diutius oculos conijciant limos in hiantis aliquam fenestellæ rimam, aut ne ardentis faculæ rutilantem flammã pressius intueãtur. Ea enim res petos reddit, atq; oblique aspectãteis. Vni animalium Homini deprauantur oculi, vnde & cognomina strabonũ ac petorũ. Ab eisdem qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites vocabãtur, qui paruis vtrisq; ocellæ. Luscini iniuriæ cognomen sortiti, Paulus ait: infantium oculi ab origine distorti sanescunt, rebus faciei circũpositis, vt in rectũ videant. Nec mox a decubitu agitatione forti cõmoueatur, ne immodica rotatio reiectionem cibi concitet. Quæ in nobis sunt omnia ad nostri concussionem, protinus suis in sedibus contremiscunt. Nauigatio quoq; declarat, quoniam motus corpora turbat. Clementi ergo ac leni succussu proliciendus est somnus. Caprillum fimum inquietudinem adalligatum profligare dicitur. Dens lupi pauores arcet, idem præstat & pellis. Cum adhuc loquelæ expertes sunt: dolorem indicant, aut importuno ploratu, aut inordinata

Quæ pueruulis aluum moueant.

Ne oculi vitientur.

Quibus dolorẽ indicant infantes

nata sui iactatione. Obsistũt matterculæ, aut in vlnis baiulantes, aut in pensilibus lecticulis collocantes, & cantu, sonorulisq; crepitaculis solantur, seu pleniusculas papillulas vagienti porrigunt. Gestatio quidem in vlnis, & illa in suspensis torulis agitatio locum exercitationis obtinent. Quandoque enim ex nobis mouemur, nõnunquam ex alio. Infantes ob ætatulam minus apti sunt, vt ex sese commoueantur, quare vlnis complexi horsum vorsum deportantur, donec grandiusculi gradi queant. Ad gressum si intempestiui coguntur ingens periculum est, ne ob teneritatem membra distorqueantur, cũ ætatis ac vigoris incremento ad valẽtiora exercitamenta transferantur. Plato in de legibus inquit. Prægnãs ambulet, & natus quasi cera fingatur, quãdiu tener est, & ad biennium vsq; instititis constringatur. Nutrices vel imposita mulcta cogamus, vt vel ad agros, vel ad templa, vel alio ad suos, donec per se stare possint, pueros perferant. Ac etiam cum stare cœperint, ne ponderis violentia membra propter eorum molliciem vicientur, gestent adhuc, donec triennium exegerint. Nunc cantum sermonemq; adulabilem perturbatum animum sedare constat. Siquidem dulcis, suauisq; commodulatio quadam numeroꝝ cõgruentia humani corporis pulsibus, & vitalium viscerũ flatibus cõsimilis reperit, qua veluti delibutus animus mugientis tempestatis obliuiscitur, & deferuefactus commitescit. Est quoq;, cum affectus non mediocriter intendant vi & impulsu vociferantiũ Nec parum refert, an Stentoris instar clamosus ad laborẽ inhorteris, an Harpocratem agens, quid factũ propere velis, solo nutu significes. Videmus nautas cũ suas illas anchoras ex mari retractant, aut graue aliquod inducunt pondus, celeuma attollunt, & altum quid atq; inconditum eboantes, fortius incumbunt operi. Quis nescit, milites in bello assiduis exclamationibus ferociã acuere? Sed & puelluli a validis exercitijs, quæ tenero corpusculo incõmodare possent, cohibẽdi sunt, sic ne recẽs animus cõsternatur, nõ sinemus hominũ fremitus, clangoresq; tubarum ad horum aures peruenire. Iam cum ad epulationem promptiores videbuntur, neq; desit concoquendi spes, tũ solidiores dare cibos cõuenit, & atharam, hoc est, pappã, seu pulticulã ex zea, oriza, milio, olyra,

Sonus transf. mouet affect.

Cibus ad epulationem prõptiorum.

tritico, lacte bubulo cum infriato pane. At quoniam calculo plurimũ obnoxij cõperiuntur, mellis aliquid aut saccari injiciatur. Pomum præterea assum, aut pyrum, aut iusculũ gallinaceorum, minutarum ve auium, mox & carnem, & esculẽta cætera, sed omnia præmansa, donec dentes firmiores constiterint, puerorũ osculis ingerãtur. Circa dentitionem plerũq; febriculis, alui proluuie, ac tussicula infestãtur. Ad promptã ac facilem eruptionem dentiũ pulchre adminiculantur leporinum cerebrum, butyrum quoq;, & oleũ amygdalinũ si gingiuulis affricentur. Bouis capiti lapillum inesse tradunt, quẽ ab eo expui, si necẽ præsentiat, inopinatis præciso capite exẽptum, adalligatumq; mire prodesse dentitioni, & cerebrum eiusdem ad eundem vsum adalligari iubent. Vinũ ne omnino gustent, id enim haustum & nimium humectat, & feruefacit, tum caput halitu replet. Quæ in primis nocẽtia pueris existimantur. Caput profecto his impleri vtile non est, nec ipsos supra rationem humidos calidosq; fieri. Celerrime eñ in comitialem resoluuntur, atq; etiam ex solo lacte vinolentę nutricis (quod a me deprehensum est) in id morbi concidũt. Pituita ex vaporibus vini in cerebro collecta sui pondere in subiectum pulmonem corruit. Quam cũ exiles venulę cordis spiracula præ crassitudine ac mole deuorare non possunt, obthuratę calorẽ naturæ suffocant, sanguis refrigeratus coit, spiritus introclusus colluctatur, ipsa vita in ancipiti fluctuat. Philostratus ait: Obseruandũ vbi loci noctua niduletur, deinde oua subducere oportebit, eaq; mediocriter cocta infanti mandẽda tribuere. Q; si ex his ederit, priusq̃ vinum gustauerit, adeo vini odium inseretur, vt in omnem vitam q̃ maxime abstemius sit futurus. Ceruisiam potet tenuem, aut limpidam aquam, aut hydromel. Amiciendi sunt æstate trimestres, Hyeme quadrimestres, vestibus ex lana mollibus, non minus coarctantibus, ne membra deprauentur, nec fluxioribus, nimiumq; solutis, Sed pro modulo ac firmitudine corpusculi adaptentur. Quantũ porro accrescet ætas, & maior erit annorꝝ numerus, tanto valentiora administrẽtur. Et tum cogitandum non solũ de valetudine tuẽda, sed & qua ratione animus potissimum cõformabitur. Vt omnino deerrat, ac parũ mentis habere cẽsetur, qui magnopere de vagina sollicitus

Ad dentitionis dolorem

Vinum ne gustent pueri.

Animi habẽda est cura.

licitus est, & nulla tenetur cura, nec quicq̃ pensi ducit, q̃ turpiter squaleat ensiculus. Aut qui marsupium foris auro, gem misq; cõuestit, at intus inane nullo splendore collucet. Sancta profecto & modis omnibus expetenda copulatio, cum ipsum terrestre afflatui cœlesti congruit, cunq; cœlestis spiritus elegãter moderatur id, quod ex terra cõcreuit. Vtriusque decor, honos, gloria ex mutua specie resultat. Socratis votũ extat in Phedro: O amice Pan, Dij quoq; alij, date mihi vt pulcher intus efficiar, & quæcũque extrinsecus intrinsecis sint amica. Igitur summa diligẽtia annitendũ, vbi rationis vsum cõsequutus fuerit puer, qui cõfestim præceptoribus erudiẽdus cõcredatur. Nisi id officij atq; muneris per te & velis, & præstare queas. Cato ipse filium quamprimũ per ætatulam capax, & intelligere potuit, melioribus literis imbuit, tametsi Chylonẽ cõmodissimum seruum Grammaticum haberet, Ipse leges edocuit, & exercendi corporis magister erat. Nec modo iaculãdi, equitãdi, tractandi arma, sed etiam pugno dimicandi, tẽporis quoq; iniurias, calorem, frigusq; tolerandi. Historias præterea propria manu maiusculis literis exarasse fertur, quo domi maiorũ virtutis exempla filiolo vsui atque adiumento forent. A verborũ turpitudine sic semper temperasse præsente puero, quasi vestalibus arbitris loquuturus esset. Quod si quis ipse disciplinarũ sit egens, & parum in literaria palestra exercitatus, aut aliud quippiam impedimẽto obstiterit, quo minus hanc operam per se nauet, volet tamen liberos liberaliter institutos. Is pręceptorem deligãt haud vulgarem, cuius virtus cõspicua sit, & eruditio neutiq̃ triuialis. Nemo agris suis colẽdis rudem aliquem agricolationis pręfecerit. Nemo cõficiendis negocijs insanũ surrogauerit, Nemo pascendis hagnellis ferocẽ conduxerit. Quod si in hisce functionibus errorem grauis pœnitentia sequitur, Quantã quę so trahet comitem, si in ascicẽdis filiorum curatoribus negligentiores fuerimus. Cæterũ haud parum refert, qua sit indole, quem instituẽdum susceperis. Mira & incredibilis in ingenijs discrepãtia cõspicitur, cuius strenuus explorator esse debet, atq; omniũ dissidiorũ acris cõiector, qui moderãdis puerulis præficitur. Quosdã enim mathematicis disciplinis, alios theologiæ, nonnullos rethoricæ aut poeticæ, & multos

Socratis votũ

Catonis studiũ erga filiũ.

Qualis pręceptor deligẽdus

Ingeniorũ magna sit discrepantia

medicinæ aut iuris prudentiæ natos dixeris. Sunt quos ad agriculturam aptos videmus, alios ad architecturam, plurimos ad militiam, & sunt qui a bonis studijs abhorrentes flagitiosam vitam sequuntur. Trahit sua quẽq; voluptas, quod in nostris versiculis sic est:

Diuersis studijs mortalia pectora gaudent,
 Nec via decursus omnibus vna placet.
Hunc capiunt lusus, cantus, atq; alea pernox,
 Perq; nefas vetitos sollicitasse toros,
Grandia laudantur, quæ turbant pocula, mentem,
 Delectat dubijs mensa beata cibis.
Quin canibus lepores multi per prata sequuntur,
 Irretisse feram res bene digna viro,
Mille modis alij fallunt in flumine pisces,
 Et ponunt timidis insidias auibus,
Cum tuba terribilem sonitum dat Martia, sunt qui
 Corripiant auida tela cruenta manu.
Nec lucri desunt cupidi, qui trans mare currunt
 In spe frugiferis semina dantur agris.
Est curæ placido vultus pinxisse colore,
 Quo lux & quo sit dignior vmbra loco.
Cæsaris hic leges, Patrum hic decreta tuetur,
 Qui medicum præstat non sonat arte modos,
Quodq; suos caput affectus habet: atq; labores
 Persequitur placitos pro modulo ingenij.

Tanta vi ac procliuitate in hæc studia feruntur, vt ab his nulla ratione remoueri sustineãt. Quorum dico callidus & perspicax expensor esse debet is, qui iuuentuti moderandę præstituitur. Eundum, quo Genius ducit, quo Minerua vocat, quo natura impellit. Cuiq; igniculo sua pabula atq; fomẽta, si luculentã flammã cõcupiscimus, submittẽda sunt. Aulœdus sit, qui citharœdus esse nõ possit. Quandoquidẽ ad laudẽ sine natura doctrinã valuisse nullis literis proditum inuenias. Sed si ad eximiã naturã accesserit illustris doctrinæ cõfirmatio, tũ pręclarũ quid, ac diuinum ędetur. Ergo obseruantiore speculatu dispiciendũ in vitia ne, an in frugẽ propensiores videantur, illi modis omnibus in viam reuocandi, hi ad virtutis iter, quo suapte sponte tendunt, cohortãdi. Iam cum multiplex

Eũdum quo Genius ducit

tiplex

tiplex sit vitiorum colluuies, & distinctæ corruptelæ, non sunt vno omnes calopodio calciandi, vti nec eodem pharmaco quiuis morbus profligatur. Semper in studium prauæ opinioni aduersum commodis remedijs cogantur. Medici consueuerunt salubria alimenta iucundis etiam blandimentis condire, & noxia tristibus inficere, Quo ægrotantes illa ardentius arripiant, & ab horum vsu diligentius refugiant. Sic egregijs nominibus addendum est, quantum commendationis & veræ gloriæ suis possessoribus afferant. Obscœnis quidem quantum turpitudinis & pœnitentiæ cultoribus suis aduectent. Euenit enim vt eiusmodi prædicatione abstrahamur ab illaudatis, & nos conuertamus ad beatiora. Palemon Atheniensis in adolescẽtia sua impudicus, petulãs, ac lasciuus fuit, Hic aliquãdo ebrius, & coronatus de more in ludũ Xenocratis philosophi irridẽdi gratia cũ sodalibus irrupit, Xenocrates forte de pudicitia sermonẽ habebat, quẽ nõ mutauit, sed plane in Palemonẽ distorsit. Qua oratione pstrictus ille seipsum correxit adeo, vt relictis sodalibus, & cõmutata vitę ratiõe Xenocrati sese ĩ disciplinã tradiderit. Qui feroculi sunt, & in irã atq; vindictã celeres ferunt, ad lenitatẽ, tolerantiã, mansuetudinẽ inhortent. Et ppositis maiorꝝ exẽplis, q id genus ỽtutis excoluerũt, ad imitationẽ extimulẽtur Si q̃s inertia pmit, si q̃s ambitio effert, si q̃s vel alius pditę mẽtis affectus tenet, Illis animus spe, pollicitatiõibus, pmijs erigat, istis obiecta periculorꝝ acie crista debilitetur, cęteris pro suo cuiq; morbo auxilia sumministrẽtur. Neq; vsq̃ conquiescendũ, nec ab aratro refigenda manus, donec superata indole extinctus sit ruinę metus. Hoc opus, hic labor est, & summa difficultas id prę stitisse. Nõ desperandũ tamẽ, neq; protinus ab instituto resiliendũ, si nõ statim ad votũ, arbitriũq; nostrũ generosa ĩgenia sese inclinãt. Fortassis erit, q̃ minime credas tẽpore victa cadẽt. Themistocles, quẽ Gręcorꝝ pstantissimũ fuisse M. Tullius testatur, cũ vbiq; & in omnium ore freques psalleretur gloria Miltiadis ducis apud Marathonẽ de uictis barbaris parta. Is iuuenis adhuc ad se rediens hãc famã & celebritatem diutius animo volutans, nocturnis vigilijs indulgere cœpit, & consueta conuiuia repudiare. Rogantibus vero atq; admirãtibus eius vitę mutationẽ familiaribus respon-

Multiplex vitiorum colluuies.

Palemon Atheniensis

Themistocles

respondit: Miltiades trophæum somnos mihi adimit. Qui cũ antea memorabile nihil designasset, expergefactus mortalium virtutẽ efferentium clangore postea in clarissimũ imperatorem euasit, & ingentes suæ gẽti victorias peperit. Tantam æmulationem & laudis cupiditatem vnius facinoris reputatio accẽdere potuit. Ludis interdum, & leuiculis exercitijs se oblectent, pila, globo, arcu, nõnunquam trocho, alias nucibus, sæpe equitantes in arundine lõga. Qui quoniã naturales facultates validas habent, haud magno in discrimine ponam, si confestim a pastu lusitent. Neq; formidandũ reor, vt tristiorem ob id noxiam cõtrahant. In ętate puectioribus subueremur, ne crudus cibus, si mox ab epulatione turbulẽtior motus sequatur, in angustiores viscerum meatus digeratur, Quę res infartionem parit, eaq; cõcitat morbos. Sed rursũs ad literas cõuocentur, quanquam in his etiam ludis institutio aliqua substrui potest, & ars cõminisci, qua magna pars ęrumnosi laboris subleuetur, & perpetuo docendi, discẽdiq; tædium egregie minuatur. Qui tenacius ac multo fidelius ea vafricie inhærent acquisita, q̃ si sedulam, difficilemq; operam insumas. Herodes Atticus in omni dicendi genere excellens filium habebat, elementorum atq; literarũ pene indocilem. Quamobrem cum aliter infundi nõ possent, neq; eius memoriæ infigi, literarum nomina ęqualibus pueris imposuit, cũ quibus & esset creber, ac quotidie colluderet. Et Plato inquit: Si quis agricola futurus est, ludẽtem oportet a prima ætate terram colere, & eũ, qui futurus est architectus, pueriles quasdam domos ędificare. Vtriusque aũt educatorẽ vtriq; instrumenta quædam parua ad veroꝶ instrumentoꝶ imagines præparare decet. In omnibus enim ludendo conari debet, vt eo voluptates ac cupiditates puerorum, quo eos tandem peruenire desyderat. Profecto potior docẽdi ratio in blandis & pellacibus palpis cõsistit, quam in obiurgationibus & terrificis minis. Sunt parentes nõnulli tam cerebrosi, aut (quos suppari loco ducimus) pręceptores, qui pignora sua annis adhuc teneris sæuitia & crudelitate opprimunt, virgis, loris, fustibus, pugnis enecãt, ad quodlibet erratum tanquam ad parricidiũ implacabiles exardescũt. Qua truculentia & immanitate efficiũt, vt qui ingenio sunt altioso, ac minus

Pueris ludendum

Filius Herodis Attici.

Pueri clementer tractandi

nus commodo, fiant plane stupidi, abiecti, illiberales, & ad humanam consuetudinem prorsus inepti, imo huiusmodi affectio in omnem vitā comitatur. Quod si existant alacriores spiritu & actuoso ingenio, nimia coercio iracundos facit contumaces, & præfractos. Pueritia lenocinijs, prædicatione, premiolis ducenda est, quo perductam concupiscimus. Vitulus ad agrestem vsum conformandus, nō protinus grauibus iugis oneratur, nec acribus stimulis conscinditur, ne aduersus hæc insueta, duraq; indignetur & excutiat iugum. Equinus pullus non statim iniectis lupatis vrgetur, vt arma tum sessorem tergo accipiat, & ad sonantia classica continuo prosiliat in hostē. Mollibus & infirmis exercitamentis prius bellum meditari condiscit, ne si inclementius tractetur, fiat refractarius & calcitrosus. Eleganter Maro:

Iucunda comparatio.

Primus equi labor est, animos atq; arma videre
Bellantum, lituosq; pati, tractuq; gementem
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonantes,
Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare,
Atque hæc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat, inq; vicem det mollibus ora capistris
Inualidus, iam iamq; tremens, & iam inscius æui,
At tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare
Compositis, sinuetque alterna volumina crurum,
Sitque laboranti similis, tunc cursibus auras
Prouocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis
Aequora, vix summa vestigia ponat arena.

BIBLIOTECA DEL COLEGIO DE MEDICOS

Est tamen quando insectatione, vituperio, flagris, ferulisq; opus habemus. Omni bestia Plato inqt, intractabilior puer existit. Nam cum prudentiæ fontem nondū perfectum obtineat, insidiosissimus est, acerrimusque & petulantissimus omnium bestiarum, ideo multis quasi frenis vinciendus est. Sed parce, atque intra modum. Imo præstiterit verecundiā, pudoremque iniecisse, q̄ teneram carnem turpi laniena sauciasse. Indos narrant nullum flagitium æque odisse, ac ociū & socordiam. Apud hos posita mensa vndecūque ex diuersis officinis adolescentes turmatim confluunt. Sed priusquā

Indorum castigatio.

accumbant, ex singulis præsides perrogant, quod lepidum factum, aut quid omnino operis ab exortu solis in illud diei confecerint. Hic alius commemorat inter dissidentes arbitrum delectum, & sanata simultate, sopitaque lite ex infensis reddidisse amicos. Alius obsequium se flagitantibus id parentibus impendisse. Alius meditatione sua quippiam reperisse, aut alterius commonstratione didicisse. Qui mutus restitat, & non habet in quo bonas horas bene collocauerit, impransus foras ad officium operasque cum ignominia protruditur. Iam ad institutum recurrat oratio, & reuoluatur sermo ad propositam corporis curationem. Ergo qui pueritiam nunc excessit, & in virum iam adoleuit, factus suæ spontis aerem sibi inprimis deligat purum, amœnum, lucidum, defecatum, in quo citra grauioris mali formidinem salubriter versari queat. Pestilens quidem est & procul fugiendus, quem tristes vapores inquinant, quem teter odor conspurcat, quem assiduus horror obscurat. Sed perpauci sunt, quos æquus amauit Iuppiter, nec omnibus datum adiisse Corynthum. Non tam multis prosperæ ac secundæ res eunt, qui inculpatum sibi cœlum, commodumque solum pro voto, ac animi sententia parare possint. Quin hærere coguntur, & in ea regione subsistere, quamuis implacida sit, in qua primam huius vitæ vsuram auspicati sunt, aut in qua lucrę potior spes, & maior vbertas quęstus affulget. Minus tamen est noxia suis indigenis quæque plaga, etsi vitium trahat, quam his, qui aliunde in eam commigrarint. Cæterum quantam potestatem in nos obtineat atque exerceat aer, non opus est longis logis explicuisse. Id enim argumentis tam bene multis deprehendimus, vt nullius testimonio indigeat. Nisi quis saxo ac glacie magis stupeat, neque periculis vllis commoueatur. Pape quam diligentes auertimus caput, obstruimus nares, suspendimus spiritum, vbi fors in locum situ, tabe, ac putore dirum incidimus. Rursus auram nacti suauem, fragrantem, odoram, Dii boni quam auidi captamus, quam diducimus rictum, patefacimus os, nares recludimus, vt in viscera & in viscerum penitissimos recessus liberrime

Qualis aer eligendus.

Vitiosus aer suis minus nocet.

Odoris aer mirifice adlubet.

berrime peruadat. Narrant Gangis accolas solo odore sylue-strium pomorum viuere, eaque secum asportare, si quando longius proficiscuntur, quo non deficiat aliturae pabulum. Quod si fors tristiorem alicunde halitum inspirauerint, e-uestigio exanimes concidunt. Neque ex salubrioris affla-tu, corporis tantum vires meliorescunt, sed & animi vi-gor intenditur. Vbi enim tenuior, emaculatior, iucun-dior aspirat aer, illic acriores esse mortales, & subtiliores, & ad quamuis inuentionem celeriores constat. Quamob-rem expedit vt magna cura incorruptum hunc nobis prospiciamus. Quod si non sinant impedimenta, proxi-mum fuerit, quem habitamus arte, atque industria purga-tum & innocentem efficere. Bifariam quidem vitiatur, aut in sui substantia, qualis omni animae grauis existit, aut in qualitatis excessu caloris, frigoris, siccitatis & humidi-tatis. Qualis non cunctis aeque officit, sed amplius his in quorum intemperiem consimili deflexu magis deuer-git. Optimum censemus qui nec est turbidus, nec ne-bulosus, nec crassus, nec putidus, quem non temerant halitus & eiaculamenta stagni, paludis, fossularum. Pa-lustria loca vel ob id vitanda monet Varro, quod in his animalia quaedam minuta gignantur, & tam exilia, vt o-culorum aciem effugiant. Quae cum ipso aere inspiran-tur, ac per tramites oris, nariumque meatus in venas fe-runtur, illatae sanguinem vitiant, & morbos admodum difficiles excitant. Deinde aquarum affusio, in quibus maceratur linum, aut vellera perluuntur, noxia est. No-xiae sunt cloacae, & vrbium, & exercituum, & armen-torum, gregumque fumida purgamenta. Ciuitates, quas ab oriente aut meridie alluit mare, haud iniuria audiunt male. Sol enim prodiens, terram, vndasque subiectas calefacit, & calore suo plurimos halitus extrahit, quos circumfuso aetheri conglobatos immiscet, quantoque sub-limior procedit, tanto magis accenditur feruor, qui pro sua exuperantia non solum humoris nimium ducit, sed corpo-ra quoque reddit imbecilla, languida, & ab extrinsecus in-gruentibus facile patibilia. Huius est indicium minime ob-scurum, quod austrinos flatus maxime morbiferos experientia

Bifariam vitiatur aer.

Palustria animalcula sanitatē temerant

Ciuitates maritimae.

nedum illustrium virorum authoritas docent. A septentrione vero cum influit, cōtraria est ratio, & aer multo commodior, syncerior, iuuantior deprehenditur. Plato, inquit, in lib. de republica: Mare ciuitati vicinum, affert quidem in vita delectationem, sed certe salsum admodum & amarum consortium est. Quid si subiecero nō aspernabilis cœli euidentem significationē, in quo & ægritudines paucæ, ac minus mortiferæ gignuntur. In quo valetudine firma in multam senectutē mortales addurant, modo a crapula & spontaneis malis prudentiores temperent. Id quoque annumerari potest, in eo si muscarum, culicum, phalangiorum, erucarum, bruchorum, locustarum, crabronum, scarabeorum, limacū, asellorum, & huiusmodi vermiculorum rarior prouentus repe riatur. Et nisi te horum fastidium teneat, insignis præterea diligentiæ & obseruationis admonebo, quam maiores olim perspicaces tentauerunt. Immolatarum pecudum, quę in ijs locis, quibus aut oppida struere, aut castra habere statiua cogitabant, iocinora inspiciebant. Quę si liuida primo, & parū integra comperiebant, euestigio alia immolabant, periculū capientes, an morbo, an pabuli vitio corrupta forent. Cū in pluribus incontaminatam ipsius visceris naturam ex aqua et gramine inueniebant, munitiones ibi, ac quietis sedem constituebant. Si aūt temeratam ac male affectam offendebant, eo indicio pestilentem fore regionem colligentes, alio commigrabant. Præter hæc insalubris est aer cum amaro defluuio obolentium herbarum atque arborum imbuitur. Quales sabina, brassica, buxus, taxus, ebulus, sambucus, nux, olea. Improsper quoque, qui non perflatur, neque ventorū procellis exagitatus horsum, vorsum dispellitur, sed aut intra tecta immotus contrahit situm, aut in vallibus obseptus crassescit. Habitandum itaque ædificio lucido excelso, & procul dissito a stagnis, lacubus & inertium aquarū vomitionibus, extra solum squallidum, muscosum, sordidum. Habet & suā fragrantiam amœna tellus, cuius non est insciens, qui immadentem hymbre a diutina siccitate curiosior aliquādo obseruauit. Etenim suum illum diuinum halitum, cui nulla suauitas comparari potest, tum rosida emittit. In ęstuosis locis fenestræ spectare debent septentrionem, in frigidis meridiem in tem-

Euidentes significationes boni aeris.

Quo loco habitandum.

in temperatis exortum æquinoctialem. Nemo se committat cœlo nubilo, pruinoso, neque ante matutinū phœbum consideat, ambuletve in ripis, orisque fluminum, amnium, marium, aut fossarum sæuam mephitim eructantium. Iuuat mirifice, & dici non potest, quantum conferat in moderando aere, gratus, iucundusque suffitus materiæ bene olentis. Profecto præter ingentem voluptatem apportat incredibilem vtilitatem, vt omnino absurdum videri possit, eo si non crebro vtimur. Sed est homo sanitatis suæ tam negligens, & aliarum rerum, honoris, gloriæ, diuitiarum appetens, cui neque libeat, neque vacet tantum operæ ac diligentiæ corpori impendisse. Aegyptios narrant, cum ætherem ipsum noctis algore densari, atque astringi intelligerent, & hunc quodam veluti pondere corpus premere, suaque lenticie obstipare itinera, per quæ se cordis igniculus effundit ac difflat. A dormitione consurgentes resinam incendebant, cuius acribus fumis coactum aerem laxabant, & eisdem per nares in viscera cōmeantibus obsidio soluebatur. Mox in meridie copiosum humorem solis vi ex terra protrahi sentientes, myrrham adurebant. Cuius calente nidore resiccabant, & discutiebāt, quod sublatum constitisset propius, neque in nubium statione m sublime conscendisset. Vesperi autem Cyphi (odoramentū ex varijs aromatis confusum) adolebant. Cuius amabilis ardor ac prędulcis spiratio cerebrum ipsum mentis, animique domicilium inuadebat, in quo si quas nebulas, ac furuas caligines cōperiebat, suo feruore & potente spiritu protinus omnes dissipabat, corporibusque lassis somnum ac placidam quietem conciliabat. Hæc in Aegypto si non temere facta existimamus, in qua Nilus ex vniuersis amnibus solus nullas eiectat auras. Quanto nos maiori studio ac cura præstitisse conuenit in regione hac algida, & assiduis aquarum refusionibus inundante. Qui ignauiæ notam volet effugere, modo facultas suppetat, & ratio rei familiaris patiat̄. Surgens e lectulo, cubiculum priusquam egrediatur, suffiat ladano, styrace, xiloaloe, thure, benzoi, iunipero, cariophylis, & huius generis odoramentis. Neque peccati arguetur, si hanc suffitionem iteret, cum se nocturnę quieti componet. Qualitate infestus si sit aer, & calore corpora nostra torrefaciat.

Suffitus cōmodum reddit aerem.

Aegyptijs qui mos.

Qn̄ infestus est aer qualitate.

Nemo se meridiano soli aperiat, fugiat montium iuga, cacu-
mina collium, cliuorum fastigia, delitescat in vmbris, in æsti-
uis sessitet, ventulum faciat. Per ædes spargantur refrigeran-
tes flosculi, frondes, herbæ, violæ, rosæ, nymphea, iunci, scir-
pi, salices: pauimentum roretur aceto. Si immodicum frigus
vrit, vestibus inprimis arceatur, motu incalescat corpus, ig-
nis quoque luculentus struatur ex siccis, densisque lignis.
Materia igni apta. Vitanda sunt humida, palustria, viridia, platanus, salix, popu-
lus. Vitis fumosa est, dum humet, atque etiam palma. Acer-
bissimus fumus fici, caprifici, & cuiusque lacteo succo præ-
diti. His tamen si cortex detrahatur, & superinfusa aqua ma-
descant, deinde resiccentur, omnium maxime acapnia præ-
dicantur, & mollissimam flammam faciunt. Nimirum pro-
prius & innatus humor hac arte industriave castigatur. Cō-
modiores ad ignis materiam arbores ex apricis, siccis & a-
quilonijs locis assumuntur, non ex vmbrosis, aquosis, austri-
nisque. Si humentius cœlum officiat, quæ affluentem hu-
miditatem imminuunt, accersenda sunt, & fugiendum ad lo-
ca æstuosa, montosa, torrida. Quod si siccitatis iniuria affi-
cimur, omne studium conuertatur ad humectandum, & in
vallibus, specubus, hypogeis permanendum. Illud porro
tacitum non oportet, quibus corporibus exuperans aliqua
dominatur qualitas, his congruentissimus est aer, qui ei qua
litati aduersus existit. Frigidus calidæ, calidus frigidæ, sic-
cus humidæ, & humidus siccæ constitutioni magis condu-
cunt. Hippocrates ait: Naturarum hæ quidem ad æstatem,
hæ vero ad hyemem bene aut male natæ sunt. Hic se spatio-
sus campus aperit, qui de temporum temperamentis lon-
go sermone dissertem, & quæ maxime morbos pariant, &
quæ potissimum ad sanitatis tuitionem conferant, luculen-
ter explicem. Quod cum fieri nequeat, nisi e regione singu-
las corporum temperaturas cum cuiusque temporis statu
componam, id in huius libri exordio a me non expectan-
dum prædixi. Sed quoniam morbi omnes in omnibus tem
poribus oriuntur, nō erit inutile circuncisis ambagibus pro
Non quilibet aer cuiuis cō-ducit. re pauca admonuisse. Calidiores melius se habent ad affla-
tus frigidiores, & ediuerso, qui frigent salubrius degunt in
plagis calidioribus. Sicciores quoque ad humidiores, &
qui ma-

qui magis hument ad ficciores, vt contrarij ad contraria bene, similes ad similia male. Nisi quis temperatum corpus aut cui nihil demendum putat, obijciat, nimirum hoc solo modo similes a similibus commode afficientur. Quę vero ab optima temperie recidunt, & habitus castigatione indigent, ijs opposita secundum temperaturam & loca, & tempora, & victus genera conducunt magis. Omnium quidem deterrimum tempus, quando eadem die modo calor, modo frigus recurrit. Ea res maxime grauedines, distillationesque concitare solet, inconstantes quoque ac periculosas ægritudines. Sic est in nostris versiculis:

Quæq; suos nobis affundunt tempora morbos,
Sed magis Autumnus letifer esse solet.
Frigore tum premimur, rursum nos corripit ęstus,
Et stabili constat æthere nulla dies.

Paulus pro discrepantibus anni partibus victum instituit, vt hyeme pluribus vti laboribus & plus esse conueniat, prę sertim diebus aquilonijs. Nam austrinis laborare quidem similiter, sed minus cibi & potus assumere oportet. Summatim humido tempore corpus omnino siccum reddere, quemadmodum in frigido calidius, carnes calidas comedere & olera, & largius bibere. At vere iam ineunte alius vomitu, alius per aluum, alius per sanguinis emissionem euacuari debet. Per ęstatem a laboribus conquiescendum, ciboq; demendum est, qui ex frigidiore genere deligendus est, tum vero potioni adijcere, atq; quicquid refrigerare, humectareq; possit, adhibere congruit. Per autumnum maiori cautela opus est, quippe qui vsquequaq; & inequalis & inordinatus est, multiformesque inducit morbos, itaque ne circa refrigerationem quid peccetur, cauendum est, a venere quoque ac frigida potione abstinendum. Neque vero aeri tum quis se credat, vel per matutinum frigus, vel per meridianum solem. Cum frigescere cœperit aer pro frigoris ratione corpus calefacere oportet, atq; omnia facere, vt cum hyems processerit, nihil mali fuerit post æquinoctium vacuationem tentare, ne superfluum aliquid hyeme negociũ facessat. Illud autẽ coronidis vice subnectã, ne diutius eundẽ aerem spiremus, neque vni loco affixi desideamus, etiam is peramœnus si sit.

Pro anni mutatione vict⁹ mutandus.

Aer subinde mutandus.

Nulla

Nulla res tam est illex ac blanda, quæ sui assiduitate satietatem non pariat. Sæpe domi esse, & in vrbe versari oportet, nonnunquam in agro, in syluis, in montibus, circa fontes & flumina, nusq̃ hærere perpetuo. Imo si fieri queat, in ædibus ipsis subinde mutentur cœnationes, cubicula, ambulacra. Et sicut corpus non vno, quamuis exquisito cibo reficimus, ita nec spiritum animæ vehiculum vnius ætheris afflatu obsaturemus. De commouendo corpore est illud Hippocratis in eo, qui de cœli qualitate inscribitur. Audaciores eos esse censeo, qui Europam incolunt, quam qui Asiam, maiores enim hic desidiæ vigent. Mutatione corpus & animus exercentur, quiete ac desidia timiditas, ignauiaque crescit. Nemini profecto vnq̃ inertia saluti fuit, neque ex torpore commodã valetudinem quis vnquam est consequutus. Ipsas vndas immputrescere videmus, & pestilentem tabem ducere, quæ nullis cõturbatæ procellis, aut æstu nullo fluctiuomę repurgantur. Aer substantia & qualitate grauis efficitur, qui non interdum ventorum impulsu quatitur. Sic corpora nisi agitatione aliqua, & recurrentibus laborculis subinde pandiculentur, in morbos concidunt. Fieri quidem potest, neq; inficias eo, qui vitam agit sedentariam, atque vmbratilem, seq; rarenter excutit, vti ponderosus efficiatur, adiposus & vastus. Quia caro, in se collectis flatibus & fumidis recrementis inturgescit, ac distenditur: sed hæc ipsa, siquidem superuacanea sunt, dissipata oportuit, neque introclusa crebrescere. Tantũ abest, vt eo quis nomine sanior existat, & incolumitatem iuste metiatur ex sufflata pelle. Qualis semper in ancipiti voluitur, ne opinione celerius, ac subito casu intercipiatur. Vetus est dictum: Crassi valde secundum naturam citius, quã graciles moriuntur. Propterea malus est ad crassitudinẽ excessus, quia angustæ sunt horum venæ & arterię, atque ob id paucum omnino sanguinem habent, spiritumve, & ob paruam causam in eis natiuus calor extinguitur. Ignauia ergo corpus hebetat, labor firmat, illa præmaturam senectam, hic longam adolescentiam reddit. Nunc, etsi non ob alias causas vtilis esse nequit, quoniam consuetudinem parit. Quę cum laboris necessitas incumbit, nulla ratione permittit citra magnum discrimen hunc perferre. Etenim sicut ex nimio labore subitũ

De exercitio.

re subitũ

re subitum ocium, ita ex nimio ocio subitus labor, non sine graui noxa est. Desidia neruos rigidos facit, lacertos imbecilles, & qui statim etiam sub vegrādi onusculo impotentes succumbant. Alios, si membraturam & corporis speciē spectes multo teneriores, ex assuetudine tamen ingentia pōdera tollere atq; asportare videbis. Ouidius habet:

Desidiæ incommoda.

Tempore qui longo steterit, male currit, & inter
 Carceribus missos vltimus ibit equus.
Vertitur in fœdam cariem, rimisq; dehiscit
 Si qua diu solitis cymba vacabit aquis.

Si quem igitur interdiu vel domestica, vel publica officia distringunt, tempusculum sibi succidendū meminerit curando corpori. Quod & hac potissimum negociorum relaxatione vires animi eximie refocillentur, & is alacrior atq; vegetior post nonnullam intermissionem ad transigenda recurrit. Commodissimum porro tempus, exercitamentis conscribitur ante cibationem, & cum iam pridianæ epulæ procul ex ventriculo delapsæ sunt, & quæ in iocinoris vasis concoctio celebratur, iā exacta sit, ac prope vt digeratur. Quod tempus nobis aut matutinum est, aut vespertinum, si longiusculum instertitium a prandio cœnam dispescat. Nunc vt satur & distenta ingluuie esse non debet, qui exercitio se committit, ita nec inanis & irrugiēs fame ad labores extrudatur. In illo metus est, ne crudus cibus, aut semiconcoctus perperam in viscera commeet, ac obstructionem pariat, humoresq; vitiet. In hoc periculum est, ne pallidam bilem auxeris, aut in deliquium syncopenve conieceris hominem. Quare lotium tibi inspectandum edicimus. Cuius color si aquæ speciem præfert, nondum isse concoctionem significat, & adhuc in venis perficiendum succum herere. Si vero is ruffus sit ac biliosus iamdudum naturam plene & exacte confecisse indicat. Is si modice pallet, flauetq;, iam stomachum defunctum suo munere loquitur. Et hac hora tentandum exercitium, expulsis prius recrementis, quæ vel in aluo, vel in vesica stabulantur. Nonnullis in questionem vertitur, an labor, motus, exercitatio nihil discrepent, & pari loco habendum sit, an quis laboret, moueatur, aut se exerceat. Opereprecium facturus nō sum, si hic logos multiplicem. Appellatio enim

Commodissimum tempus exercitio.

Ex lotio indiciū sumendū

Quid labor ab exercitio differat.

nominum neminem seruauit vnquam. Necq; id, quod proponitur tam abstrusum & reconditum latet, quin vel parum oculato conspicuum pateat. Sæpenumero pręstant eadem, & in asseruanda incolumitate ęquilibrium factitant. Aliud tamen est motus, aliud labor, aliud exercitatio: quod discrimen (dialecticorum verbo vtar) in connotato versatur. Exercitatio sine motu ac labore perfici nequit: habet tamen præterea peculiare id, quod ad solam corporis, animicq; tutelam suscipiatur. Motus vero & labor non tantum in eam curam vsurpantur, etsi non minorem aliquando vtilitatem conferant supra id, cuius gratia assumuntur. Quippe qui perpetuum diem horsum vorsum irrequietus circumcursat, & negocium ex negocio trahit, non iubebo vt hic supra hanc sui volutationem, se exerceat. Qui exortum solis anteuertunt, & se conferunt ad agrorum culturam, aut quid grauioris operis conficiendum, neque a penso fatigati desistunt, nisi tenebræ lucem eripiant. Quis quæso non excusatos habebit, & liberos velit ab omnibus exercitamentis. Martialis inquit:

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti
Exercet melius vinea fossa viros.

Illud quoque interest, quia motus & labor ob multimodas causas suscipiuntur, nullam temporis aut loci oportunitatem expectant, quo nomine intempestiui crebro officiunt. Exercitatio perquam diligentem rationem horum flagitat, & nisi obseruatis his propriam sui interpretationem nequiter vitiat. Huius studiosissimos fuisse Grecos comperio, qui in vrbibus suis publica gymnasia extruebant, ad quæ promiscua multitudo conflueret, & idoneus esset locus, in quo se quiuis vel inuitante voluptate, aut necessitas si deposceret citra priuatas impensas exerceret, fricaret, vngeret. Huic ludo gymnastes præficiebatur, sic a pędotriba diuersus, vti medicus a coquo. Etenim hic quicquid motuum in palęstra gerebatur, aut quo flexu quodcq; membrum explicandum erat, optime callebat. Sed quid boni, malive, quisque motus promitteret, quamque vim & naturæ facultatem corroboraret, plane ignorabat. Coquus ea parat & concinnat, quæ medicus paranda præscribit. Sed nescit quam commoditatem al-

Græci studiosi exercitationis.

Gymnastes Pędotriba.

latura

latura sint, quæ in vsum esculenta apparauit. Verum hoc sæculo tam egregie frontem perfricuerũt pharmacopolæ, qui medicorum coci prædicantur, vt non erubescant, neque vereantur sese vel probatissimis in arte magistris anteferre, nugis suis & temerarijs mendacijs misero popello imponunt. Apud principes & proceres (quos tamẽ scelerum vindices deus ac mortalium publicus assensus constituit) authoritatẽ inueniunt, fidemq; merentur. Multi profecto tam vecordes sunt, vt se sinant duci, quo sycophanta perductos volet, & præcipites eunt verborum ampullis & flatibus impulsi. Illi cum nullum beneficium præstare queant, euidenti in peccato deprehensi, Dij boni, quas tragœdias excitant, quas ambages consarcinant, quas tricas narrant, quibus pudendum errorem obtegant. Alienis dictis pondus detrahunt, & ineptissimas phaleras proprijs assuunt. Thucydides ab Archidamo Persarum rege interrogatus, vter ipse ne, an Pericles lucta præualeret? Haud facile, inquit respondens dixerim: Vbi enim luctando ego illum prostrauero, mox ille dicẽdo cecidisse negat, deniq; spectatoribus ita rem habere persuadet, & euincit. In eam calamitatẽ salutaris medicina recidit, vt logiatri in precio maiori censeantur, q̃ qui eximijs factis artifices pollent. Exercitationum multa genera conscribuntur, earumq; non simplex, nec vnus est modus. In alijs ad sanitatis tuitionem tarditas expetitur, in alijs celeritas, nonnũquam vehementia saluti ducitur, sępe lenitas. Nunc perpetuus exigitur motus, aliquando intercisus, haud inæquali æqualis semper præfertur, suus vtrique vsus tribuitur. In eo quoque discrimen est, si vel sub dio, sub tecto, sub vmbra, in loco calido, perfrigerato, egelido perficiantur. Terminus omnium, cum corpus tumore quodam attollitur, & floridus illi colos viuidus ac speciosus infunditur. Cum sudor, vaporq; sanguinis per poros vniuersi ambitus instar roris suauiter eunt. Cum animus ipse lętior, alacriorq; conspicitur, & anhelitus crebrior velociorq; redditur. Quod si quid in his mutetur, aut grauius intendat, protinus cohibenda est exercitatio, & amputandus est motus, qui nimis emungit elicit sanguinẽ. Philippus Lysmachi frater cũ nimio cursu cõtẽde ret, vt Alexandrũ celeri equo deuectũ assequeretẽ, spũ pręclu-

In impudentes pharmacopolas.

Thucydidis elegans dictũ.

Multa gña exercitationũ.

Tria commoda ex exercitamentis.

so collapsus est, & inter regias manus expirauit. Tria quidē præcipua sunt, quæ exercitamenta largiuntur, quæ ceu sedulitatis nostræ fructus assequimur. Inprimis duritiem quandā ac firmitudinem membrorū, qua fortiter obsistimus, & prę-ualemus aduersus ea, quæ extrinsecus infesta & hostilia non rarenter imminent. Deinde genuini caloris incrementum, quo inaucto cibos in ventriculo felicius concoqui constat, & hinc effusos ab hepatis facultate, cæterorumq; viscerum viribus probius perfici. Perfectos auidius in ambitum & circumferentiam attrahi, attractos in alimoniā celerius transfundi. Nunc clarum est, concitatum sanguinis spiritum tetras obstructiones promptius amouere, omniaq; spiramenta patefacere, per quæ diffiari ac differri excrementa soleant.

Platonis sententia.

Diuinus Plato non parui exercitationem fecisse videtur: Si quis, inquit in Timeo, in curando corpore illam imitetur naturam, quam altricem vniuersi vocamus, ita vt nunquā torpere permittat, sed moueat semper, iugiq; agitatiōe internis, externisq; motibus secundum naturā vbique resistat, & moderata quadam commotione oberrantes passiones corporis partesq; cogitationis ratione seruata vicissim in ordinem redigat, & exornet. Nequaquam sinet inimicum inimico admotū pręlia in corpore, morbosq; ciere. Sed efficiet potius, vt amicum adhærens amico sanitatem corporis tueatur. Sic purgationum, constitutionumq; omnium corporis, quę exercitatione gymnastica fit, saluberrima est. Proxime ad hanc accedit vectio facilis siue naui, siue alio quouis vehiculo. Itaq; tam ingens spes, imo tam certa cum sit expectatio amabilis sospitatis, omnifariam expedit, vt matutino tempore hāc palęstram aggrediamur. Quod tempus huic studio maxime congruum diximus. Cum videlicet lotium fugiente pallore iam flauescit. Is enim colos exactam ventriculi concoctionem annunciat. Quare expergefactus, & somni satur, cuiq; nullum negocium inconfectus cibus facessit, tuto exurgat. Mox hymno dicto, & salutiferæ crucis icone (quod Christo parum deuoti subsannabunt) fronti, pectoriq; imposito, huc atque illuc, horsum vorsum, manus, brachia, ceruicem, spinam, crura, pedes, totumque corpus quadam cū agilitate obflectat, distendat, explicet. Neque negligat vario ac multifor

multiformi manuum circumactu cuncta membra perfricuisse. Quo vniuersę musculorum fibræ ex quauis parte dilatentur, soluantur, incalescant. Frictio (vt huius quoque admoneam) in seniculis, pueris, imbecillis, valetudinarijs, & quibus ob alias causas non licet aliud, sæpe vtilitatem exercitij adæquat. Quippe quæ potestatem obtinet laxandi carnem, stipandi, augendi, minuendi. Dura ligat, mollis aperit, multa deterit, mediocris aggerit. Sed obseruatum oportet, vt paulatim ac sensim a superioribus ad infernas partes fricatio deducatur, donec ipsum corpus caleat, & rubescat. A brachijs manibusq; sumpto initio, ita deinceps ad pectus, spinā, ilia, ventrem procedatur. Nouissime crura fricanda sunt, & tum demum ad caput veniendum. Istud namq; primum aggredi non satis tutum est, quoniam si redundans sit corpus, & humorum aliqua plenitudine grauetur, continuo superfluitates omnes in eam partem decumbunt, quæ calefacta & cōmota fuerit prior: quapropter pręstiterit caput reliquisse partiū postremū. Deinde vestiat se, manus lauet, nares emūgat, aures repurget, os colluat, dentes extergat, fauces ante somnum mero colluere propter halitus, frigida matutinis impari numero ad auertendos dentiū dolores, posca oculos propter lippitudinem certa experimenta feruntur. Caput pectine sæpius reducto sarriat, pituitam expectoret, aluū deijciat, vesicam leuet, paulisper inambulet, clarius loquatur, aut exerta voce quippiā legat, cantilletve. Plutarchus inquit: Quotidianus disputationis vsus, si voce peragatur, mira quædam est exercitatio, conducens omnino non solum ad bonam valetudinem, verumetiam ad corporis robur. Siquidem vox cum sit agitatio spiritus non leuiter, nec in superficie, sed velut in ipso fonte, in ipsis visceribus valens, & calorem auget & sanguinem subtilem reddit, & omnes purgat venas, & omnes aperit arterias. Humorem vero superfluum non sinit crassescere, qui fecis in morem subsidit in his conceptaculis, quibus accipitur & conficitur cibus. Post hæc vniuersi corporis exercitium adeat. Cuius varia genera vsurpabant veteres, vti luctam, pugillatum, saltationem, cursum, iaculationem, discum, halteres, corycum, follem, & alia plæraque. Marius cum foris in militia versaretur, vires suas cursu, & va

Frictionis commoda

Muli Mariani.

rijs longisq; itineribus exercebat, pondera ferebat idem. Atque hanc sibi dietam sponte qui præstituerent, laboresq; & iussa imperatoris libenter aggrederentur, Muli Mariani vocabantur. Honestum ergo aliquod ac congruens temperaturæ suæ & ætati & fortunæ sibi quisq; deligat. Etsi nullus cõmonstrem, nemo nescit, qui plus æquo friget, humetq;, huic conducere calefactans exercitium, atq; arefaciens. Quale & vehemens est, & diutinum, & in arena magis, sub dio quã in madido loco, & sub vmbra. Natura vero feruidis, siccisq; cõtrarium præscribitur. Suauis equitatio stomacho, coxisq; vtilissima est, Phthisi nauigatio, chronicis morbis peregrinatio. Ludendum pila, certandum globulis, balista, cursu, saltu, inambulandum, apricandum, equitandum. Putandæ vites, occandæ arbores, nectenda topiaria, inserendi surculi, iacienda sementis: venandum, aucupandum, piscandum, nauiculandum, aut quicquam aliud commotionis obeundum. Membrum præterea quodq;, & corporis quælibet pars suum exercitamentum habet, quo peculiariter confirmari queat. Sic alij lumbos magis, quam brachia, crurave exercent, alij totam spinam, aut pulmones tantum, aut thoracem. Cursus enim & concitatior gressus crurum ac pedum exercitationes propriè dicuntur Achorismi & chiomachiæ brachiorum & manuum. Inclinationes vero nunc pronæ nunc supinę lumborum. Sunt qui correptum scipionem in terram statuant, & eum dextera proxime terram complectuntur, tum inclinati sese retroflectunt, ac in eodem vestigio constantes reliquum corpus per quantum est interstitium a terra ad dexteram transmittunt, idq; transuersos spinę musculos egregie lustrat. Cęterum qui cruribus est crassioribus, aut quam par sit, gracilioribus, hic ab assiduis inambulationibus insigniter offendetur. Ad eundem modum de manibus, ceruice, humero, lumbis, coxis, & quibuslibet pronunciandum: quicquid ex his deprauatum, aut minus fabrefactum ad corporis modum extiterit, id sane singulari exercitatione imbecillum magis, quam validum redditur: nisi infirmas quoq; & commoderatas motiunculas adhibueris. Senes præterea assuetis omnibus sunt gubernandi, sed remissa laborum vehementia: quippe quos celeriter & ex leui causa graues admodum morbi

Cuiq; mẽbro suum est exercitium.

De commotione senum.

morbi corripiunt, vertigines, comitiales, apoplexis, opthalmia, aurium tormenta, reuma. In his cerebrum facillime incommodo aliquo afficitur, quamobrem omnino fugiant ea exercitamenta, quæ poscunt, vt caput, ceruicem, dorsum in terram proclinent, neque illud tacitum præteriisse oportet. Salubriorem fore exercitationem, si voluptas eam commendet, condiatque, si cum alacritate, atque lętitia peragatur, si mœstitudinem abigat, si furuas animi tenebras dispellat, & vigorem mentis adacuat. Huius in Timeo commeminit Plato: Geminæ cum in homine, inquit, cupiditates sint, vna quidem per corpus alimentorum, altera vero per id, quod diuinissimum nobis inest, prudentiæ tunc sane potentioris illius præualentes agitationes quod suum est, adaugent. Vna porro est ad vtrunque salus & conseruatio, vt neque animam sine corpore, neque corpus sine anima commoueamus, vt in mutua contentione exæquatis inuicem viribus insurgentia, bonam totius valetudinem tueantur. Exercitatos olim & a labore respiranteis confestim prisco illo sæculo excipiebat lauatio. Vnctionis nullum equidem exemplum vidi, neque quenquam salutis suę tam studiosum comperi, qui ad ærumnosos veterum ritus vnguenta induceret. Non enim simplici puroque oleo is honos, preciumve habebatur, nec vno aliquo ad vniuersum corpus contenti vtebantur, sed pro diuersa membrorum ratione distincta linimenta concinnabant, quippe baccharis oleo pedes imbuebant, manus ægyptio, brachia sisimbrino, mammas ac papillas palmeo, comam & cilia amaracino, ceruicem & genua serpellino. Balnearum vsus non sic intercidit, rarior tamen, minusque creber existit, ac quotidie magis & magis exolescit. Nullum ferme solem antiqui occumbere patiebantur, quin in balneas descenderent, Apellis more, qui nec vllum effugere sinebat sine protracta linea. Galenum iuniorem hyberno tempore quater, æstiuo septies in die lauari solitum prodiderunt. Tam ingens studium, tam diligens cura, tam ardens bonæ valetudinis cupiditas hosce accēdebat. Imo q opibus ac diuitiis locupletes antecellerēt, reges ac proceres in suis illis splendidis magnificisque ędibus secreta habebāt loca, ad q̄ per ca

Voluptas cō diat exercitia.

De balneis.

Quibus vnguentis veteres vsi.

Galenus Imperator.

Veterum studiū in cōstruendis balneis.

per canaliculas quasdam, & rimulas intra parietes latenter fabrefactas feruentis aquę spiritus commeabat, ac rursus per easdem inconspicabilis frigidæ affusæ halitus perueniebat. Qua industria cum libitum esset, & temporis status deposceret nunc teporem, nunc frigus excitabant. Hęc loca retas appellabant, symposijs & epulationibus apta. Habebantur in his ipsis ædificijs balnearia solis lauationibus destinata, & hypocaustum præterea proliciendo sudori idoneū. Sub cuius pauimēto succensus ignis calorem nutriebat, qui redundantem aruinam & crassos corporis humores solueret, & per adapertos porulos guttulatim extraheret. Huic iterum a latere fornacula quædam hærebat, supra quam tria ahena collocabantur. Vnum caldarium ex quo feruidam, alterum tepidarium ex quo egelidam, tertium frigidariū ex quo crudam ducebant. Inter hæc is situs, eaq; positura seruabatur, vt quantum feruefactæ ex caldario sumeretur, tantum egelidę ex tepidario subinflueret. Huius quoque inanitatem suo epistomio frigidarium saturaret. Ante hypocaustum ingressuros apodyterium excipiebat, in quo exuti ponebant vestes. Et in hac re tantum veniæ atque indulgentię ex spe & opinione salubritatis habitum est, vt Gręcis olim, pariter ac Romanis publicas balneas legamus extructas, ad quas lauandi gratia promiscua turba quotidie conflueret. Nimirum sentiebant labores omnes exiccare, & plęraq; alia corporis succum depasci. Quare quęsitum est remedium, & cœptum humore extrinsecus infuso restaurari, quod exaruerat. Simulq; vbi excrementorum copia turgeret, neque ea exercitamentis tollerentur, vti adiumento caloris externi, si is plusculum intenderetur, per cutanea spiramenta profugerent. Romæ celebres inprimis patebant Agrippinæ, Neronianæ, Antonianæ, Alexandrinæ, Aurelianæ, Constantinianę, Nouatianæ. Tam eximio sumptu, splendore & commoditate extruebantur, vt ad earum vsum reges ac satrapę nedum obscurum vulgus allicerentur. Hadrianum in has crebro descēdisse narrant, & ibi fortuito cum veteranum quendam in militia sibi notum cōspexisset, isq; dorsum & subiectas retro partes parieti affricaret, percunctatus dicitur, cur se marmoribus distringeret? Cumq; ille iccirco hoc a se fieri respōdisset, quod

Hypocausta.

Hadriani consuetudo.

seruis

seruis careret, seruis ilico & pecunia eum liberaliter donauit. Id vbi extulisset fama, & iam populari sermone iactaretur, paucis interiectis diebus complusculi senes ad prouocandã principis liberalitatem eodem ventitabant, quos cũ sese parieti atterentes heros conspicaretur, aucupium intelligens, euocari eos, & (vt mutuũ muli scabunt) ita alium ab alio perfricari iussit, sed hanc exquisitam luxuriam (vti cæteras quoq; solet mortaliũ fabricas) tempus vorax abliguriuit. In precio fortassis cœptæ sunt minus haberi conuersis principum studijs ad vtiliora, aut quoniam sceleri ac libidini datum est, cuius inuentio tuendæ sanitati salutaris obseruiebat. Homo profecto animal est irritabile, & in turpes cupiditates procliue parumq; speciosas flammas facile concipit. Et cum in idem loci turmatim sine vllo discrimine cum iunioribus senes, cum matronis viri, cum puellulis adolescentuli congruerent, ac nudatis corporibus non aspernabili paratę voluptatis spectaculo communiter lauarent. Sæpe itum est in colluctationes probrosas, in fœdos coitus, & nefanda coniugia, vnde cautum fuisse licet conijcere, ne indiscretæ multitudini amplius paterent. Sic tandem acciso & imminuto questu, qui ex numerosa concursantium colluuie vberrimus redire solet, occlusæ & obseratæ imputruerunt & collapsæ sunt. Earum tamen nonnullum vsum probamus, modisque multis prosperum censemus, presertim ad arescentibus, qui aggesto vndequaq; humore opus habent. Sed tum moderatus calor fiet, hic cum intenditur & acrior est, obesis magis & ventricosis conferunt. Calidum lauacrum concreta liquefacit, liquefacta digerit, lassitudinem soluit, infarctiones submouet, recrementa consumit, flatus discutit, membra calefacit, somnum cõciliat. Attamen frequens vsus officit ob id, quod naturæ calorem in halitus extrahat, & relictis poris expirare cogat, vnde corpus q̃ oportet frigidius efficitur. Videmus tonsores, qui quotidie manus emolliendis barbis in feruida mersant eas habere altiosas, & qui sæpius pedes lauant, præ alijs has partes frigere, verum iuuerit hos interdum lauisse ex decocto saluiæ, arthimesiæ, ederę terrestris, camomillę, & huiusmodi graminum. Nunc in algidam descẽdisse præsertim a corporis fatigatione inauspicatum censemus. Galenus ait:

Quas ob causas dirutę balneæ.

Vtiles sunt balneæ.

contingit hominibus, qui aqua frigida perluuntur, si debile corpus habuerint, refrigerari, atque offendi. Si vero robustũ primum quidem innatum calorem ad interiora refugere, & seipsum colligere, postea vero ad exteriora remeantem, multoq; quã prius erat ferri fortiorem. Sunt & alię prętereа thermæ, quas non ars, sed natura temperauit. Et quoniam naturę imitatrix est ars, vbi hæ non ebulliunt spontaneæ, artificis industria parari possunt. In his quædam vim nitri referũt, quędam salis, quędam aluminis, alię sulphuris, aliæ bituminis, alię ferri: calefaciendi & exiccandi omnes potestatem obtinent: qua ratione humidis frigidisq; pręcipue conducunt & tenuibus, aridis, cholericis officiunt. Ad profligandos morbos & opprimenda semina formidati mali commẽdatiores, quã ad inculpati habitus tutelam salutares. Quippe quę nitri salisq; mistura constant. Capiti, thoraci, stomacho humectis auxiliantur, scabiem quoque, pruriginem, impetiginem sanant, aduersus phalangiorum, aspidum, scorpionum morsus mirifice valent. Corporis prauam constitutionem (quam cachexiam vocant) aquas cutẽ subeuntes egregie tollunt. Aluminosæ sanguinis reiectioni medentur, ventriculi turbationibus succurrunt, immodicas fœminarum purgationes cõpescunt, membra quoque paralysi resoluta restituũt. Sulphurosæ neruos emolliunt & percalefactant, labores soluũt, sed euertunt stomachum. Bituminosæ caput opplent & instrumenta dicata sensibus offendunt. Quę naturam æris trahunt ori, tonsillis, vuæ, oculis opem ferunt. Pulchrum profecto est, & quid eximium, quod qui iuxta fodinas ęris commorantur, semper oculorum incolumitate polleant, neque acies illis obtundatur, si quibus antea nudatæ pilis palpebrę, suoq; decore spoliatę erant, illic rursus cõuestiuntur. Siquidem aura, q̃ æris qualitate imbuit̃ in oculos incidẽs, haurit & extergit q̃d perperã influxerat. Quare nõ incõmodũ ducimus si tenui, politoq; ęre obuelent̃ cõceptacula cõspiciliorũ. Aristoteles confirmat, vulnera ex ære innocẽtiora & facilius curari, q̃ q̃ ex ferro infligũt. Stomatichis, spleneticis, & occulta quadã energia sed p̃potenti obnoxijs calculo ferrariæ subueniũt. Claudianus harũ balnearũ vsũ v̾sibus his laudasse videt̃:

Naturales thermæ quibus cõferant.

Aluminosæ.

Sulphurosæ.

Bituminosæ.

Aereæ.

Aes oculis amicum.

Ferrariæ.

Quod si forte malus membris exuperat humor

Languida

Languida vel nimio viscera felle tument,
Non venas resecant, non vulnera vulnere sanant,
Pocula nec tristi germine mista bibunt.
Amissum lymphis reparant impune vigorem,
Pacaturque egro luxuriante dolor,
Et quamuis Lachesis letali stamine damnet,
Inde sibi fata prosperiora petunt.

Cæterum probe lotus, paulisper se recipiat, & tũ ad eas functiones accurrat, quas ex priuata aut republica neglexisse nõ licuit. Neque iubeo, vt quoque die lauationẽ quis iteret, quin per ęstatem in menstruo decursu bis, ter, aut quando plurimum quater: per hyemem semel aut bis, idque maiori cum diligentia ac cura. Cœlũ hoc vti multis modis ab eo discrepat, quod Græci seu Romani incolunt, ita non patitur normulas quotidiani victus, quas hi magna cũ ingẽtis vtilitatis spe obseruant. Exercitiũ quidem, si nihil sit, quod pręcediat, nullo die pręterimittatur, nec tam procax vllũ irruat auocamentũ, quod inambulationẽ præripiat, commeandũ hinc istuc, atque istinc illuc, & illinc iterum huc. Cõmodius sub diuo q̃ in porticu, & melius, si caput annuat, in sole, q̃ in vmbra, & in vmbra rectius, q̃ intra parietes conuersamur, quæ in florulẽtis hortis & fragrantibus viridarijs apricatio est, vniuersum hominem reficit. Sed pingue concretũque cœlũ prorsus fugiendũ est, eius enim aspiratio grauis ac pestilens mortalibus existit. Nunc & alia vacuationis specie subiungã, quę admodũ necessaria nõ est, si exercitio, balneisve rite vtamur, sæpe profecto inutilis & aduersa deprehendit. Hęc cũ plenitudinẽ exturbare promittat, nõnũquã internas sedes tã inique afficit, vt in iustũ vigorẽ difficulter restitui queat. Platonis est illud in Timeo: Tertia cõmotionis species cũ summa cogit angustia, tũ demũ cõducit, aliter nullo modo sanę mẽtis hoĩ suscipiẽda medicorũ illa purgatio, q̃ pharmacis fieri cõsueuit Et morbi nisi periculosissimi sint, pharmacis irritãdi nõ sunt. Q, si aluus astrictior fuerit, neque pro voto ventris onus delabitur, quibus succurrendum sit, libro secundo denarratũ est. Nec tacitũ hoc loco oportet, quod ex labore sudanti, aut ex multa corporis fatigatione sitienti, frigida potio vini, aquæ aut cereuisiæ perniciosa sit. Venas enim hiantes continuo subit,

Quoties lauandum.

Exercitiũ nullo die prætermittatur.

Parce vtendũ pharmacis.

Fatigato aut sudanti noxia est frigida potio.

suoq; frigore sanguinem cogit, vitæ calorem extinguit, viscera quoq; stupefacit. Temperandum igitur a potu donec se sudor remiserit, & lassitudo deferbuerit: quod si tanta erit humoris auiditas & anhelosi pectoris glarea, vti nullas inducias ferat, ipsum os, faucesq; aqua sufferuefacta aut vino colluantur, atq; huius pauxillum cum buccea panis sensim sorbillet, aut ex cereuisia egelidam pulticulam. Fame post hæc interpellante confestim prandendum censeo, nihil importunius latrante stomacho, qui vel inuitum iubet meminisse sui.

Fame interpellante cõfestim edendũ.

Ego, inquit Vlysses, tibi referrem plura, quæ deorum volũtate perpessus sum, verum afflictum me sinite prius cœnare.

Ventre nihil peius, qui in magno sæpe dolore
Cogit quemq; sui rationem prorsus habere.

Quid facto est opus cũ serius est epulandum.

Cæterum si pro tempore serius erit epulandum, ne semper prouerbio sit honos: fames & mora bilem in nasum cõciũt, haud statim cum ventre auribus carẽte bellum geremus, sed auocantes cogitationem a mensa in hilari quapiam re atque oblectabili tantum instertitium fallemus. Nimirum inopinatæ morulæ tædium deuorasse præstiterit, q̃ concepta indignatione pœnitendum tumultum in corpore exciuisse. A saturitate, & adhuc eduliis inter dentes fluitantibus non protinus ad munia deproperandum, neque, quod solent hostes parta præda, diffugiendum, quin nos tantisper distineant iocis, sales ac lepidæ commentariunculæ, donec cibus in imum deuolutus conquiescat. Aliis quidem placet cõcoctionem quiete magis adiuuari, aliis agitatione ac motu: horũ sententiam potiorem statuere videtur, quod eos conspicemur firmiori valetudine, & promptiores ad ardua toleranda, qui ab ingluuie substricta ad mechanicas operas euestigio recurrunt, neque arationem suspendit arator, neq; fossionem fossor, nec quiuis alius victum manu sibi quæritans assuetũ laborem succidit, donec acceptam saburram deiecerit stomachus, & factus sit inanis. Nec eo nomine vllas metuit infarctiones, haud per vllas venas ire cruditatem sentit, non graues spiritus interanea distendere plorat, imo inclinato die & lacertis ex diurno penso egregie vexatis ardentius cœnitat (quem ardorem, ac manducandi cupiditatem conspicãtes ii quos tempestiua esuritio destituit, haud raro ad similem ludum ex

Motus ne an quies ab epulatione vtilior sit.

dum ex

dum excitantur) non perscrutatur anxius, num recens sit piscis, num syncerus panis, num defricatum poculum, nũ thermæ caleant, num probe excussa culcitra. Cępas, allia, fabas non minori appetentia mandit, quã si attagenis, ficedulis & & mellitissimis cupedijs potiretur. Ad hęc (quod multis votis expetendum) perpetuum, placidumq; somnũ indormit, cuius causa magis, q̃ laboris cibos perfici, atque ipsos manere incolumes Galenus autumat: Graues, ait, altiq; somni, qui defatigatos arctius complecti solent, cũ concoctionẽ ipsam mirifice iuuent, multum afferunt momenti, ne a prauis edulijs damnum accipiant. Quippe si plures ex ordine noctes peruigilare eos cogas, illico morbũ incurrent. Is neq; recusat ex oriente phœbo consurgere, & nouam telam ordiri, at vinulos istos nimiumq; molles, qui ocio atque inertia vitã transigunt, ventriculis esse videas imbecillis, & omnino improspero habitu. Rarenter bene prandent, egrius cœnant, vix vnq̃ fament, semper saturi, fastidiosi, nunq̃ inanes, ad perferendos labores dissuetudo, torpẽtes, pigros & inutiles plane reddit. Profecto cursibus aut pancratijs fatigari corpus, mox a prandio non suadeo, sed innoxium existimo clementioribus exercitijs & leuicula agitatione commoueri, & tũ ad sua quęq; munia de more redire. Nautę vbi serenum cœlum conspectant, nonnihil laxant vela, cum suspitio est tempestatis, ea contrahunt. Ita recte affecto nonnihil permittimus, habenasq; laxamus, nec eodem in vestigio diutius desidendum arbitramur. Socratem ferunt, cum ad vesperã vsq; contentius inambularet, quęsitumque esset ab eo, quare id faceret? respõdisse: quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem. De esculentis, eius in mentem veniat, quod ante diximus: vti quisque sui palati rationẽ habeat, & naturę sequatur impulsum. Nõ tam naphta flammam attrahit, neque magnes ferrum, aut paleas succinum, q̃ corpus in nutrituram rapit, quicquid sibi cognatum propriumve subministratur. Sed cauendum ne omnem ventriculi appetentiam indicemus naturæ prolicientis stimulos. Videmus enim grauidas mulierculas, cum ad tertium fere mensem gestatio processit eo morbo laborare, quem Græci medicinæ auctores Picam appellant. Et sic affectæ vtiles cibos aspernantur, cretã vero,

Authoris opinio.

Non omnis appetentia est naturę impulsus.

extinctosq; carbones, etiam & rudera auidissimæ consectantur, Quod multa videlicet in stomacho excremēta male cōcocta sub id tempus habeant. Sed in eo luculēta discriminis indicatio est, quia corpus imbecillius efficitur, & spurio atq; adulterino colore obfuscatur ex eorum vsu, in quæ noxius appetitus proritat. Contra vero ex ijs, in quæ naturæ instinctu ducimur, commodissime valemus, corpusq; redditur florulentum ac viuidum. Proximum deinde fuerit ipsos cibos nouisse, & ciborum proprietates, qui in vsum quotidianum veniunt, vti enim non parum distant, nec vnius omnes censuræ existunt, ita refert multum, atque interest, hoc an illo vescaris. Cum discrepantes sint mortalium temperaturæ, neq; in eisdem qualitatibus cuncti consentiant, par esse nemo inficiabitur, pro ea discrepantia differentes etiā escas postulari, neque vniuersam hominū cohortem vno similiq; pabulo educari: Quippe quod huic ad colligēdas vires egregie facit, alteri nō mediocre detrimētū adfert: Qua ratiōe cholerici, cū feruidi natura sint, & sicci poscūt edulia, quę frigefaciūt & humectāt. Phlegmatici cū frigidi sint & humidi, ijs indigēt, quę cū siccitate caleāt, & de reliquis in hūc modū. Vnica tantū est tēperatura, quā medici oībus numeris magis concipiunt absolutā, q̄ digito queāt monstrare, & dicere, hæc est. quęcūq; tamē hęc nō est, intemperata vocatur. Et pro quanto interuallo ab imaginaria illa deflexit, pro tanto ad hanc veluti ad Policleti regulā corrigenda est. Nunc calor restingui nō potest, aut in teporē minui per id, quod ęq; calet, & cū eo cōgruit in feruore, quod deflammatum molimur. Cōtraria ergo qualitas (q̄d & alibi diximus) admouēda est in ea proportione, qua nō opprimat, sed tantū id tollat, quod mediocritatē excessit. Tā diligens & exactū studiū cū medicus nequeat pręstare, habunde fecerit satis si aliquo vsq; represserit ac artis suę adminiculo obstiterit, ne extra limites & ambitū sanitatis perperā ierit. Nō enim tēperata solū, & quę ex omni parte quadrata est, sana appellatur, sed & omnis ex cuius intemperie actiones humanę non admodū truncantur: Chollericis ergo & immodice succensis, frigida & humida cōferunt. Pituitosis, quę calefaciūt & exiccant. Nunc obesis sua debet dieta, & gracilibus alia. Illi extenuantibus & minime

Differētes es. ex differentibus temperamentis.

Quæ obesis quę gracilibus dieta:

alentibus

alentibus opus habent, hi adijcientibus, & quibus tota substantia alibilis est, fouẽdi sunt. Solum, inquit Theophrastus pingue ijs arboribus prodest, quę macilenta, tristi, ieiunaq; constant natura. Ieiuna enim plus cibi desiderant, Sic homines macilentos, ieiunosq; pingui maxime, ac succulento cibo delectari, viribus ac firmitudine proficere cernimus: sicca vero atq; arida corpora multum, pingueq; alimentum flãgitant, Expensum præterea oportet, quid, quantũq; cuiusq; robur citra noxã perferat, vt non omnis ratis ęqualem saburrę molem admittit, qua aduersus flatuũ, ac tẽpestatis vim tutior eat, sed pro magnitudine & capacitatis modo maior, minorve distribuitur, sic ex manduconũ voracitate ac ingluuie haud nostram metiemur epulationem. Illi cum plurima locare & perficere queant, pro viribus suis ingerẽtes recte valent. Cũ his si paria facere cõnitimur, ad ipsũ classicũ turpiter cõcidemus, & ex iniqua colluctatiõe lachrymabiles manubias, morbos & labores referemus, vtq; phryges plagis emẽdant, & oĩno sapiũt sero, ita stultitiã q̃q; nostrã (cuius est individuus comes pœnitẽtia) icti deprehendemus. In nr̃is versiculis.

Quantũ quisq; bene fert tãtum edat.

Poni certa nequit cunctis mensura bibendi
 Non constant vno corpora cuncta modo.
Vrceolis alij paucis satiantur habunde
 Et multis non est magna lagena satis,
Inter conuiuas hæc cum certamina surgunt,
 Cantharus & facto sępius orbe redit.
Tu vires expende tuas, nam pocula quanta
 Ferre queas, hilari fronte bibisse iuuat,
Semper in officio maneant mens, pesq;, manusq;,
 Tristia nec moueat iurgia lingua ferox.

Eadem, similis ve discretio in ciborum qualitate obseruetur, vti pro viriũ modo, & cõcoquentis facultatis robore deligãtur. Inter esculenta enim quędã valentissimi gñis deputãtur, vt legumina, & ex frumentis panificia, omnis grandis fera, grandes quoque aues, & id omne in q̃ plurimũ est alimenti. In media materia sunt minores quadrupedes, minores aues minores pisces, & quibus nondũ plenior ętas accreuit. Imbecilla, quæ facile nulloq; negocio liquescunt, ac minimum onerant. Prima robustis & fœlicissime valentibus aptissima sunt

Tria genera esculentorũ.

ma sunt, quę etsi difficulter cōficiantur, probe tamen cōfecta eximie nutriunt: quę proxima sunt his, mediocriter firmos sustinent, imbecillis vero hominibus rebus infirmissimis opus est. Ex ætatis præterea decursu per magna differētia oritur. Qui crescunt, Hyppocrates ait, plurimum habent innati calidi, plurimo igitur indigent alimēto, alioqui corpus absumitur. Senibus quidem parum natiui caloris inest, paucis propterea nutrimentis egent, a multis enim extingueretur, neq; diutinam inediam ferūt, qui mediæ sunt ętatis, propter productiorem viscerum vigorem. Iam & anni tempora victus constitutionem postulant, ventres hyeme & vere cum natura calidissimi feruent, & somni sunt longissimi, pluribus & valentioribus nutrimentis indigemus. Aestate vero, quoniam ex immoderato circunfusi ętheris ardore vires nostræ deijciuntur, non toleramus quæ difficulter & tarde concoquuntur, sed veluti infesta pondera impotentes opprimūt. Crebra tamen refocillatione ob multifluum corporis detrimentum opus habemus. Circunstans algor adeo nullo incommodo innatum calorē afficit, vt eum etiam auctiorem reddat, & omnino promptiorem fortificet ad obeundas naturæ functiones. Nimirum occludens poros, & spiramenta constipans, per quæ nonnunq̄ bona pars vitę differtur, hoc decrementum, defluuiumq; prępedit, & ad sedes interiores in quibus concoctio perficitur, ipsum opificem commeare perpellit. Sunt profecto corpora quædam tenuiora & frigidiora, q̄ vt sufferant ardentius gelu. Sicut & brutorum nonnulla tam vehementer altiosa existunt, quorum exiguus calor superatur ac vincitur hyberno frigore. Et sub id tempus eorum plurima mortuis similia apparēt, & sine sensu ac motu, in latibulis iacent, & quędam in hoc ipso affectu mortem oppetunt. Quibus tā fugitiua est anima, & in exilibus vinculis consistit vitę flatus, in hypocaustis se condant, & ad luculentum focum immoti desideant, nec caput extra nidulū prius proferant, q̄ hyrundinum turma aduolarit, & audita sit vox clamantis in deserto cocycis, & esculenta edant, quę sub actioni negocium non exhibeant. Porro educationis summa, vt suus cuique cibus concoctu facilis sit, probi succi, gratus & amicus palato, nequaquam lentus, glutinosus, redundans

Ex ætate differentia est.

Anni tēpora.

Circunstans frigus calorē naturę auget

Educationis summa.

dans,flatuosus,aut alia praua qualitate cõtagiosus. Est tamẽ, cum non statim in morbum incidamus, etsi contingat deerrasse, modo pusillus sit error, neq; frequens nimis, aut si quicquã aliud accedat, quod suo præsidio medeatur errori. Vt si quis languidulus gustauerit aliquid eius generis, quod valẽtius sit, non pessime conficiet, si esuriens ędiderit, & ab altera infusione diutius temperauerit, meracius quoque biberit, & longiore somno vsus fuerit, ac post exercitio se cõmouerit. In Alexandria vescuntur asinina, atque etiam camelina, & facit ad horum iustam concoctionem, tum consuetudo, tum parcior assumptio. Nos vero q ab ista bubula, quam in multos menses, sępe etiam permacram & veterem salimus, nihil grauioris mali perpetimur, non præstat rarior vsus. Ea enim vt omnium prima, sic & nullo nõ die infertur mensæ, ac pręficedulis a plurimis appetitur, quin istuc consuetudini debemus, & item cœlo, quod cum rigentius sit, & frigidius, interna viscera mirifice corroborat, & prępotentia reddit ad superandas escas, etiam si parum vincibiles existant. Theophrastus inquit: Quidam tantum ellebori esitãtes, vt manipulos totos consumant, nihil afficiuntur: quod etiam Thrasias sæpius fecit, qui radicum peritissimus habitus est, hoc idem faciunt pastores nonnulli. Itaque cum ad medicaminum venditorem, de quo admiratio omnes teneret, q radicem vnam aut duas mandere posset, pastor quidam venisset, absumpsisset q; integrum manipulũ, effecit, vt nunq̃ amplius ille pharmacopola laudaretur. Fit enim vt pleraque ex medicamentis propter hominis consuetudinem vim suam amittant, nec amplius medicamina esse possint, sed accepta domãtur, Galenus quoq; cuiusdam Atheniensis anus meminit libro tertio de simplicium medicamentorũ facultatibus. Hęc ab exigua cicutę portione auspicata, nullo detrimento ad permagnam progressa est copiam. Principio enim paucũ exiguitate ipsa deuictum est, ac consuetudo naturale reddidit, Neq; nunc locus est, vt cur plurimum possit consuetudo, curq; velut altera ac adscititia natura sit, vti a veteribus ꝓditũ est, causam explicem. Quantum fames appetitum adacuat, quantũ oblata condiat, ipsamq; concoctionem promoueat, si lõgis logis persequor, impudentiam nullus effugiam; quippe qui

In Alexãdria vescuntur asinina.

aggrediar rem mortalibus cunctis clara luce cōspectiorem cōmonstrare. Attaxerxem Persarum regem ferunt aliquando ad eam necessitatem redactum, vt aridis ficis & ordeaceo pane vesceretur. In hoc articulo tam insignē rerū cōmutatione sua cū fortuna cōferens. Cuiusmodi, inquit, voluptatis expertē regalis me fecerat affluētia. Simile quid Ptholomeo regi accidisse narrant. Et magnis quidem principibus id quotidie euenit, qui prolixis prandijs saturati nunquā esurientes cœnant, rursusq; ipsam cœnam protrahentes in altam noctē nunquam prandent pridiana ingluuie vacui. Cum ea sola cibationi apta sit hora, quę ob inanitatem stomachum rugientem profert. Tum quicquid infertur mensæ sine vlla conditura aut aromatum adminiculo pulchre palato sapit, tum auidissime attrahitur, cupientissime stringitur, beatissime conficitur: Quemadmodum Phydias nō ex ebore tantum simulachra concinnabat, sed & ex ęre, si marmoris copia deesset. Quod si quis viliorem adhuc materiam obtrusisset, quale ex illa elaboratissimum fieri potuisset, sua arte atque industria præstitisset. Sic valens & inanis ventriculus non ex tenerrimis solum & delicatissimis ferculis alibilem succum exprimit. Sed ex his etiam, quę non optima censentur, humorem extrahit, qui pessimus non sit nutriendo corpori. Iam vt accumbendum vetamus, nisi imperet esurigo, ita magnopere cōducet in promptu esse, quod ad huius classicum prodeat. Venter cum functus est suo officio, feriari diutius non potest, a membris enim nunquam saturis continuo admonetur diarij pensi. Et nisi tu in tempore obijcias pabulū (ne in muneris male administrati crimē incidat) alicunde venatur, quo se satiet. Et primitus reiectanea corripit, quę circumcubant, quæ si minus commoda sint, aut non comperiat, mox in sanguinem obuertit dentem, & in eum humorem exasperatur, qui vt iam in carnem transmutetur, proximus est. aut potius cum latranti stomacho nō succurritur, naturæ calor, qui perpetim actuosus incumbit operi, cum ei in quod agat, frustratus venter nō submittit, morsum obtorquet in phlegma primum, si exundās offendat, deinde exorbet alueos in quibus latex ille purpureus vitę dulcis præsidium fluitat, postremū ipsa membra adoritur. Hippocrates ait in libro, cui titulum fecit

Attaxerxes.

Fames omnia edulcat.

Incōmoda famelici vētris.

fecit de prisca medicina. Si prandere quis consueuit, & non prandeat, cum primum hora transit, confestim vehemens debilitas, tremor, animi defectus, lutei oculi fiunt, Lotium crassum, calidum, feruens, os amarescit, lancinantur intestina, suspendūtur, percitur ira, difficulter spirat, languidus efficitur: Quamobrem si fieri queat, proferenda non est in hanc aut illam horam comestio, sed succisis auocamentis iubente horologio discumbendum. Optimum quidem horologiū Persę dixerunt famelicum ventrem: porro ad operam accincti, nō more canum Attali, properiter & frustulatim illata deuorabimus. Ad facilem enim, probamq; confectionem lenta illa in ore ciborum attritio & veluti molitura plurimum facit. Cibus exacte masticādus. Cum his, quę vniuersim & minus comminuta transglutiuntur, permultus aer introrumpit, ac sese implicat, concoctionem mirifice conturbans: quapropter nec helluonis corpus augetur, nec speciosus efficitur. Magno nisu, auidoq; rictu etsi ingentem copiam degulat, vires nequaquam pares suppetunt, vti belle perficiat. Quę raptim, atque insecta ingerūtur, ocyus cruda suffugiunt, & inuicta deorsum deuoluūtur, nec sui quicq̄ relinquunt, q̄d in aliturā secedat. Sed exacta in ore diuisio, & feruidus ille dentiū incubitus prętat, vt calor facilius cōficiēdo expediat. Nihil in re vitę perniciosius cruditate, q̄ sępenumero ex voracitate contrahitur: nec paratā solū noxā infligit, verūetiā in posterū amaritudinis aculeos promittit. Noxia cruditas. Illud igitur cōstat, & in obscuro non latet, maximū esse peccatū in subita & accelerata māducatione, & saluberrimū lenta & accurata citra saturitatē vesci. Lucanus ait:

Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, seruare modum, finemq; tenere,
Naturamq; sequi, patriæq; impendere vitam,
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo,
Huic epulæ vicisse famem, magniq; penates
Summouisse hyemem tecto, preciosaq; vestis
Hirtam membra super Romani more quiritis
Induxisse togam, Venerisq; huic maximus vsus
Progenies, sancti nullosq; Catonis in actus
Surrepsit, partemq; tulit sibi nata voluptas.

Narrant vetuisse veteres, ne vacua tolleretur mensa. Ob id Mensa vacua nō tollitur.

fortassis, quod precipuum in tuenda sanitate ducerent, appetentiam substrinxisse, cum adhuc superesset, quo ingluuiem explere liceret. Et in anniuersarijs, celebribusque pompis Manduci effigies inter ceteras ridiculas & formidolosas imagines ire solet. Grandibus buccis, & late dehiscens, atque ingentem dentibus sonitum factitans, quo pueri tam tetram atque inamoenam speciem contuentes absterrerētur a vitio crapulæ, quæ animi tenorem non minus dehonestaret, quā corporis habitum. Sunt qui ad virium ostentationem incredibilē vim esculentorum vorant, qua infame barathrum instar pręturgidi follis, & ad crepaturam vsque distenti tympani obesc āt. Etsi dijs placet, ex hac plusquā ferina immodestia immodicam laudem & gloriam expectant, Apollonius adulescentem quandoque ventri deditum adortus. Quid, inquit, ex tanta voragine & immensa edacitate consequeris? vt omnes respondit ille, me aspiciant, atque admirentur: nūquid enim de Hercule audisti, cibationes eius perinde, ac certamina voluptatem vidētibus adferre solitas esse? Quod si fors acciderit pocularibus concertationibus, aut hylariori symposio, rebusque parum moderatis interfuisse, ac sese potorem commodum, lubentemque conuiuam exhibuisse (perdifficile est aliquando recusare, neque licet amicorum improbitate effugere, quod alioqui tuopte ingenio horres cane peius & angue) Tum præstiterit, etiam si nullam morbi significationem aut imminentis tempestatis presentionem corpus præbeat, vltro cauere, & in excubijs dispicere, ne nos nihil mali suspicātes celerius opinione labor ac dolor intemperantię comites assiliant, vti post multam venerem, nocturnaque gaudia, aut post aliam immodicam fatigationem, mox ocium, quietēque adhibeamus. In omni corporis motu cum quis laborare coeperit, lassitudinem tollit quies, neque aliter a temulentia & ebrietate conducet dilutius: aquamve puram sorbere, & exiguo pastu contentos esse. In parandis quoque edulijs permultum discriminis deprehenditur. Nihil crudum aut incoctū mensę inferatur, nisi omnino tale existat, quod nullum negocium vētriculo facessat. Terra quidem plurima gignit, quibus protinus vti licet, cuiusmodi sunt oluscula, lactucæ, intybus, cucumeres. Alia vero ab igne vel assationem vel elixationem

Manduci effigies.

Ex voragine multi laudē venantur.

Ab ingurgitatione quid faciendum

Nihil incoctū edatur.

tionem desiderant, nimirum valentiora, quã quæ solo naturæ calore superentur, neque ad vnum, simplicemq; modum omnia parantur. Differentia est pro cuiusque materia, atque eius habitu quem educandum suscepimus, ita vt omne studium ad vires, atque vtilitatem corporis, non ad voluptatẽ, gustusq; pruritum referatur, quare in hoc potior valere authoritas prudentis medici, quã mãcipij culinarij nequitia debet. Magis enim oportet cognoscere, quæ iuuant, quã quæ delectant, & quæ non perturbant concoctionem, quã quæ palatum titillant. Etsi istęc opinio haud adeo multos assertores sit inuentura: O sæculum insipiens & infacetũ. Plato inquit in Gorgia: Cum sint corpus & anima, vtrique artes geminæ inseruiunt. Corpus curant medicina & gymnastica, animam legalis & iusticiaria communicant inuicem, vtpote quæ circa idem sunt medicina & gymnastica, rursusq; iusticiaria & legalis. Cum vero hæc quatuor sint, semperque qđ optimum curent, hę quidem animam, illę vero corpus, Facultas adulatoria id sentiens, non cognoscens quidem, sed coniectans se quadrifariam diuidit, singulasque subit particulas, simulans id se esse, quod subijt. Optimi quidem nullã habet curam, sed semper eo quod dulcissimum est, quasi hamo incautam illaqueat mentem, & vt vsqueadeo decipit, vt plurimi apud eam ęstimanda videatur. Medicinam quidem coquinaria subiẽs, simulat se optimos cibos corpori adhibere, quamobrem si vel inter pueros vel inter viros admodũ pueriles contendere oporteret coquum atq; medicum, vter eorum de bonis malisve cibis plus intelligat, medicus quidẽ fame periret. Id ergo adulationem voco, ac turpe, quod absque vlla optimi ratione voluptatem aucupetur. Quæ igitur macra, vetera, arida elixari cõuenit, quæ pinguia, humida & iam nuper ędita, assare. Quæ in sartagine frigunt, siccius dãt alimentum, ceu quæ ad ignem torrentur: contra, in aqua cocta humidius, illa ergo phlegmaticis, & hęc vtiliora sunt cholericis: Quæ in patinis cõdiuntur media sunt, pro conditione tamen discrimen accipiunt, nam quæ affatim vino & aromatis saturantur, icciora sunt his carentibus. Pręterea mensę nihil inferatur ob occisione calens, & prius quã bene refrixit. Pridie cuncta iugulasse præstiterit, sunt qui ferinã in mul

De parandis cibis.

Plato.

Pridie animalia iugulasse præstat.

X 3 tos dies

tos dies asseruãt, & qui grandes aues, aut lepores reiectis interaneis insulciũt vrticis, saluia, roremarino, folijs lauri, sampsuco, ad domandas carnis fibras & conciliandam teneritudinem. Illud quoque non indignum, quod hisce cõmentarijs inseratur. Ne in vasis ęreis quicq̃ coquatur, aut concoctum in his diutius moretur. Prauam enim quandam & morbiferam qualitatem ex se remittunt: Quod si stanno intus illiniãtur, ac veluti incrustentur, saporis grauitas nonnihil tollitur & ęruginis virus minuitur. Vasa pręstãt fictilia ex idonea, salubriq; terra. Quę nihil fumidi aut vliginosi ex se proiectẽt, his primitus tantũ aquę infundatur, quantũ probę elixatiõi satis futurũ cõiectabimus, aut feruidã in promptu & ad manũ paratã habere oportet, quæ per exhalationẽ imminutę adijciatur: Quandoquidem frigida si immittitur, nunq̃ tenerescet, quod elixatur, etiã si diutissime insistas. Focus ex lignis luceat odoris, siccis, aut ex glebulis torrefactis ex inculpato solo erutis. Cęterũ fugienda est multorũ ferculorum infusio: multos enim morbos multa obsonia pariãt necessum est, & corporis statũ perturbari, alijs alio nitentibus. Augustus cœnã ternis, aut cũ habundãtissime senis patinis prębebat. Astyages cum Cyrum cœnę adhibuisset dubię & adijciali, Quid ais Cyre inquit Astyages, nõne tibi multo videtur pulchrior hęc cœna, q̃ Persica: respõdit Cyrus, mihi sane haud videtur, quin longe simplicior apud nos ac rectior est ad expletionẽ via: apud nos enim panis & carnes ad hanc perducunt, vos aũt cũ eodẽ studetis peruenire, q̃ nos per crebros circuitus, ac vortigines sursum deorsumq; errãtes vix aliqñ venitis, q̃ nos diu ante peruenimus. Nec alio nomine quondã Platonis cœnula collaudata est ab ipso Timotheo, homine claro, & ciuitatis principe. Quẽ, cum apud Platonẽ cœnauisset, eoq; conuiuio admodũ delectatus fuisset, vidissetq; eum postridie, dixisse ferunt: Vestrę quidem cœnę non solũ in pręsentia, sed etiam postero die iucundæ sunt. Horatius inquit:

Vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia, quin corpus onustum
Hesternis vitijs, animum quoque prægrauat vna.

Ex his nemo non intelligit flagitiosum esse operosis condimentis irritasse gulam. Parabili cibo victitandum est, & ex-

pectanda

In ęreis vasis nihil coquendum.

Multa fercula fugienda.

Cyrus

Platonis cœnula.

Noxia sunt operosa condimenta.

pectanda fames, quæ crudas etiã fabas edulcat. Quod si rarũ aliquod, ac nobile genus edulij appositũ fuerit, quęrenda est gloria non in vsu & fruitione, sed qui tam pulchre in lupis, frenisq; tenemus illiberales cupiditates, vt nõ lubeat digitu sũ admouisse obiectis illicijs. Nunq̃ profecto pœnituit huiusmodi escas declinasse, sed creberrime noxã attulit ex intẽperantia vorasse. Quod si recusare nõ liceat, atq; ita flagitet sodalitij dignitas, parce attingamus, & palato gratificetur sine valetudinis iniuria. Dolet Hesiodo nescire mortales, q̃tũ & malua & lapathon afferre cõmodi in alitura queant, tãetsi (viles herbę. Lucanus ait:
O prodiga rerum
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quęsitorum pelago, terraque ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ,
Discite quam paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat, non erigit ægros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus
Non auro, myrrhaq; bibunt, sed gurgite puro
Vita redit, satis est populis fluuiusque, ceresque.
Socrates cauẽdos esse cibos monebat, qui ad edendũ nõ esurictes inuitarẽt, & similiter potũ, q ad bibendũ nõ sitiẽtes illiceret. Acetũ ac salẽ Lacones habebant intinctus, reliquũ in victima ipsa sagax coquus q̃ritabat. Veteres oli sua cõuiuia cõdiebãt musica, nõ modo ad oblectationẽ, & discutiẽdos aĩ angores, Q̃z q̃ id q̃q; cũprimis curãdũ, vt, p̃rsus, q̃ad fieri q̃at, vacui ijs affectibus accũbamus, q̃rũ amara est reminiscentia. Nihil ęq; officit cõcoctiõi, neq; est aliud q̃cq̃ q̃d tã neq̃tere expulãdi desyderiũ temeret, imo q̃d tã incõmodet vitę, q̃ mœstitia, metus, formido, anxietas, ira, spiritus hilaris naturę vires fortificat, & in oẽm actionẽ mirifice vegetas facit. Tristis q̃dẽ ossa et ipsi⁹ corpis succũ cõtinẽter depascit. Verũ hac q̃q; industria afficiebãt ĩtelligẽtes admodũ difficile tẽperasse ab ijs, q̃ parata ad sui vsũ etiã saturos alliceret, vt a mẽsa cogitatione auerterẽt, & ĩ aliud spectaculũ distraherẽt ocul⁹, q̃ q in hãc aut illã paropsidẽ intẽt⁹ collimaret, atq; aures admirarẽt aliud q̃ de vorãdis dapib⁹ ĩcõcinũ garritũ. Lyra circũferebaẽ, quã si q̃s ĩperitior recusasset, is p iocũ accepto laureo ramo, aut myrteo cogebaẽ ad eũ canere. Nũc nemo nescit taciturnitatem

Musica olim condiebat cõuiuia.

Affectus animi incõmodant vitæ.

Lyra olim in mensa circumferebatur.

haud minus inimicam conuiuijs, quam absonas vociferationes. Nōnulli suis studijs tam sunt addicti, vt ea pręter omnino nihil curent: et cæterarum rerum tam parum satagentes, quasi ad sese nulla pertineat, quos si vel in foro, vel in porticu, aut comitijs, conueneris, eius semper imagines & phantasmata versantes, cuius tenētur amore, offendes vt appellati ad propositam quęstionem respondere, aut non exaudiāt, aut temere quid eloquantur, & omnino ignorent, quid propositum sit, quibus neque ipsa edendi necessitas affectiones has tantisper eripit, quin veluti statuæ nonnunquā, atque elingues suis meditationibus præoccupati discumbant, neq; illatis ferculis digitum admoueant. Crysippum ferunt logicis suis argutijs tam intentum fuisse, vt ad mensam etiam fame periturus fuerit, nisi ancilla Melissa cibum in os ingessisset. Augustus conuiuas ad sermonis communionē vel summisse fabulantes prouocabat. Et aut acromata, & histriones aut etiam triuiales ex circo ludos interponebat, ac frequentissime aretalogos. Alexander seuerus Vlpianum & doctos aliquot sibi adhibebat, vt literatas haberet fabulas, quibus se recreari pascíq; dicebat. Et Adolphus a Burgūdia princeps meus, non raro, cum suæ spontis est, eruditos aliquot mensæ suæ adhibet, quis cum, aut amœnioris aliquid philosophiæ, aut etiam alterius disciplinæ quadam cum illecebra & blande disserit, vbi iam expleti sumus, & naturæ quantum sit satis, dedimus. Celsus iubet potione frigidę, quod assumptum est includi. Nos id genus adminiculi aquæ potoribus minime inuidemus, sed mea quidem sententia pręstiterit, si quis caloris intemperie laborat, aut meracius biberit, pomulum mandere vinosioris succi, aut cochlearium coriandri, ab ipsius maceratione in aceto, & tum saccaro conditi: aut si algor officit, & stomachus ęgre conficit, eius medicamenti particulam, quod ex succo mali cydonij cum zyngibere & galanga paratur, aut eius, quod ex triplici piperum genere cōstat. Hęc & ventri robur conciliant, & ijs percommoda, qui parum feliciter concoquunt, sedulo tamen fugiendum monemus pharmacum in penetrationem vehementer efficax. Cū eo enim crudorum ciborum nonnihil distribuitur, & rapitur in penitiores ductus, ac parit morbiferas obthurationes, quamob-

Crysippus.

Dius Adolphus a Burgundia, dñs Beueriensis.

A pastu quid assumendū.

quamobrem feruida illa, quæ ad promouendam concoctionem atteruntur, non tam exacte & instar pollinis cõminui debent, ne vires eorum supra stomachum longius ferantur, non enim digeri tunc, sed cõcoqui, quæ sumpta sunt, vtilius est. Innoxium porro censemus, cuius caliditas circa primas venas restinguitur, neque indomita grassatur in vniuersum corpus. Illud subijciam, quæ maiorem distributionem faciunt, ieiunis danda sunt, etiam si prius pransus quispiam ante cœnam eorum aliquid sumpserit, nihil lędetur. Maxime tamen tempestiuę duabus horis aut tribus ante epulationem. Viden optime lector, quia ex malis moribus bonæ leges nascantur. Tam densam præceptionum syluam multiplex intemperantia multifariam peperit: quarum fortassis te iamdudum fastidium capit, neque suauis admodum mihi commemoratio est. Sed quando eam prouinciam suscepimus necessum fuit exedere, quod intriuimus. Et futuros adhuc auguror (siquidem popularis est sermo: Quot capita, tot sensus) q cibationis rationem a nobis necdum satis explicatam calumniabuntur, quales eorum fortassis, quæ præcepta sunt, nec quicquam seruabunt. Permultos est inuenire, qui studiose medicos audiunt, & de singulis accurate percunctantur, sed recta monentibus minime obtemperāt. Viam a gnaris qua commodius itur, postulant, sed per abrupta & præcipitia itinerantur. Iam verbum non addidero, si pro me paucis dixero: an prandium liberalius esse conducat cœna. Nonnullos hęc quęstio torsit, atque torquet: qui prandere & cœnare cõsueuerunt, prandeant & cœnent, ventrem nusquã onerent. Iustam quantitatem non ars, sed bona natura bene docebit: quæ tantum appetit, quantum prompte conficit: qui tantũ prandere assueti, non cœnitent, ne offendãtur. Domitianus prandebat ad satietatem, vt non temere super cœnam pręter martianum malum & modicam in ampulla potiunculam sumeret. Ipsa profecto cœna prolixior esse potest (Non de ea candide lector intelligimus, quam olim Romanos diurnam vsurpasse prędicant, sed de vesperna) nisi contraria consuetudo obsistat, aut corpus humidius sit, & caput distillatione tẽtetur, aut oculi vitio aliquo teneantur, aut asthmate pectus stringatur, seu articuli influxionibus obnoxij langueant, &

Multas leges multa intemperantia peperit.

An prandiũ liberalius esse conducat cœna:

nocturna Venus præpediat. Qui manu victum aucupantur, non bis, sed ter, quater pro corporis detrimento sese reficiant, & hos cœnare largius iubemus propter noctis profundam quietem. Diogenes interrogatus qua hora prandēdum esset. Si diues est, inquit, quando famet, si pauper, quando habet. Saturi ad culcitram tanq̄ fuste abacti, non protinus deproperemus. Grande peccatum est, cibis adhuc hærentibus gulæ, sese cōponere somno. Temporis aliquid deputabimus iucundis fabulis, aut lepidis narrationibus, & moderatæ inambulationi, ita fiet, vt in ventriculi fundum (is enim concoctionis est locus) assumpta subsideant, Et animus quodam veluti scalptu delibutus magna ex parte negliget, quas res defluxus dies turbulentiores attulerat, quare & placida, minusq; procellosa succedit quies. Caput, ceruix, et supernus omnino tractus altius locetur. In dextrum latus dormiendum, nisi quis praeferuidum iecur habeat. Culpa vacat, si pronus cubas oculis id ferentibus. In spinam decubitus modis multis improsper existimatur. Calorem naturę mirifice corroborat & ad probam subactionem ciborum plurimum facit, si iniectis stragulis bene contectus sies. Meridianus somnus reumatismos, pallorem, splenis, neruorū laxationes, torporem & febrem plærunq; gignit. Plato inquit. Somnus multus nec corporibus, nec animis, neq; rebus gerendis natura conducit. Nemo quidem dum dormit, alicuius pretij est, non magis, q̄ si non viueret. Quare quicunq; viuere & sapere cupit maxime, q̄ longissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate seruata, Ad hanc vero non multo opus est somno. Qui bene concoxit mane tuto surgat, qui parum redormiscere debet. Qui non concoxit ex toto quiescere, neque labori, neq; exercitio, neq; negocio se committere. Post hęc de singulis edulijs futurus est sermo.

A saturitate nō statim ꝑperandū ad culcitram.

Dormiturus bene cōtegatur:

Cor. Celsus.

LIBER QVARTVS D. IASONIS PRATENSIS Medici de curanda Sanitate.



OC libro ea enarrabimus, quę in victum quotidianũ vsurpantur, Nõ ad eorũ sententiã, qui cõdimentariã seu obsonatricẽ pluris faciunt, q̃ corporis salubritatem. Nam mensæ fercula nostræ, malim conuiuis q̃ placuisse cocis. Attamen nec huius ipsius plane rudem & inexpertum congruit medicũ esse, Quandoquidem duorum ex æquo salubriũ, quod saporis gratia præstat, & probius nutrit & minore negocio concoquitur. Sed erit fortassis, quando huic rei suum seorsum studium succidemus. Nunc vero quem succũ quodq; alibile de sua ipsius substantia præbeat, & quo modo citra curiosam operam ad vtilitatem parari queat, pauculis cõplectemur. De pane sumentes exordiũ. Optimus censetur triticeus, si triticum ipsum ponderosum sit, ex quo conficitur, si flauum, si permaturum, si difficulter dentibus diffringitur, si densum, si candidum intus & tenuioris corticis. Cæterum ex ipso satu heterogeniũ colligitur. Alterum in Autumno satum multo firmius & validius ad alituram euadit. Quod in Vere seritur, inanius reperitur, ac minus confertum, quale ex magna mole modicam alimoniam gignit, Sitaniũ vocant, & ex hoc Sitanius panis dicitur, Theophrastus inquit, Trimestre triticũ, quoniã in eo exiguum est terrę, tũ propter tẽporis breuitatem, tũ quia minus alte radices agit, & leuius est, & facilius, & languidius. Iam quod locis placide spiratis nascitur, facillimum quoq; est, ac rarius & minus habet alibilis substantiæ. Quod gelidis atq; pluuijs difficilius atq; ponderosius, & ad nutriturã efficax magis depræhenditur. Icciirco Zelandicum præ vicinarum

Cõducit medicũ esse sciẽtem artis coquinariæ.

Depane.

Duplex triticum.

Theophrast.

regionum tritico bonitate commendatur, apud quos præpinguis est ager, cœlum frigidum, cultores non inertes: quale idoneis incerniculis repurgetur, quo eorum semina atque defluuia excutiantur, quæ annis presertim malignis tritico innasci solent. Vnde nisi hac in re prospectum fuerit, capitis dolores vescentibus oboriuntur, item & vlcera, & scabies. Appetente æstatis feruore, alia quoq; sympthomata prodeunt, & quæ succorum prauitatem declarant, incautos corripiunt. Quamuis haud protinus noxam præ exiguitate sentimus, cum singulis diebus sensim, & sine tumultu clancularium ad maleficia viam struat, & corroboretur: vbi vero vires collegerit, & iam facta sit copia impuri humoris, tum sui significationem non obscuram edit, luculenter erumpit, ac se profert magno nostro malo. Panificij porro genera & nomina quæ diuersis gētibus diuersa nuncupantur, si persequi aggredior, supra clepsydras immorabor, neq; facturus sum operęprecium. Nobis quidem trifariam pinsitur. Semel cū nihil per cribrum excutitur, sed ex confusanea farina, & vt a mola redit, apluda neutiquam excreta panis cogitur. Hunc Græci autopyrum & syncomistum appellant, quoniam ex omnibus farinę suę partibus detractione nulla constat, Latinis secundarius seu cibarius scribitur. Exiguum fermentum poscit, neque multam elaborationem exigit, citius quoq; in furno excoquitur. Alimentum præstat imbecillum, modice nutrit, minus obthurat, et ex furfuris abstersoria facultate per intestina facile delabitur. Pinguibus, obesis & ventricosis, & quibus astrictior est aluus, conducit: Alius ex farinę mundissima parte confit, purus, candidus & omnis furfuris exors Substantiam hic habet tenacem, tractilem, lentam, atq; glutinosam: Quare plusculo fermento eam saturare oportet, & quā maxime subigere, nec confestim ab indito fermento, & ab ipsa subactione in furnum mittere, quin & prolixiorem assationem expetit. Tabidis, macris, multaq; alimonia indigentibus confert: neq; his inutilis, quibus venter nimium effluit, & vires sunt infirmæ, Siligineus Romanis dicitur. Inter hos medius est, neque cum omni furfure, neque prorsus nullo. Sed cribratur farina. & crassiora tantū purgamenta rejciuntur, Similaceus hic est. Fermentum postulat mediocre & liberalem

Trifariā nobis panis confit.

liberalem subactionem. Commodus est bene valentibus tũ fœminis, tum viris: at qui omnino fermẽto caret, nemini vnquam saluti fuit. Nostrates, quibus cereuisiæ est vsus, concretam illam spumam, quæ superfluitat, dum frumentum in potum resoluitur, panibus indunt: qua ratione leuiores nobis quam cęteris nationibus existunt. Panem præterea excipiat ignis, neque pręferuidus, neq; quã par sit, languidior, sed moderatus, non in alterutrã partem immodicus. Etenim ille incubitu suo supernam superficiem in testæ modum adurit: quamobrem nigram choleram, & humeros crassos gignit: Hic ex cruda & incocta medulla lentos & glutinosos parit. Qui a mediocri calore complectitur, is neque torretur nimis, neque crudus relinquitur, sed ęquabiliter longiore spacio perassatur. Qualis a stomacho promptissime conficitur, & vtilissimus est omnibus corporibus. A furno etiamnum calens ęrumnoso tormine interanea fatigat, capitis dolorem adfert, sitim accendit: vetustior densatur, siccescit & veluti contumax pondus in ventre sentitur, vnius sit, aut alterius diei. Duplus, inquit Ficinus, ad oua sumatur, triplus ad carnes, quadruplus ad pisces, herbas, & fructus humidiores. Secunda laus olyrinis scribitur, siquidem tritico in bonitatis cẽsu proxima succedit olyra: quo pane permultæ gentes vescuntur, procera admodum corpora habẽtes, & in sęcula plura viuaces: ex milio coactus vniuersis frumentaceis minus nutrit. De bellarijs nouisse conducit, ea crassum, crudumq; succum gignere. Sumitur triticea farina, & conspergitur aqua, cuius cochlearia duo aut tria in sartaginem fundunt, in qua prius substructo luculento foco, ne vitiet fumus, modicum butyri inferbuit: quę mox cogitur & conspissatur, tum superiorem eius superficiem deorsum, vti patellam tangat, & inferiorem sursum obuertunt. Idq; si dextre & minimo negocio, prõpta ac versatili manu peregerint, pro ludo, gratoq; spectaculo habent, atque iterum butyri aliquid subijciunt, ne aduratur, & in hunc modum bis, ter remutant, donec ęqualiter strues vndiq; cocta sit. Difficulter concoquitur, vẽtrem cohibet, infarctus parit, ast minus officiet si conspersioni mellis pauxillulum immisceatur. Quæ nos lagana appellamus, ex similagine & confusis ouis, aqua aut vino excipiuntur

Nostratium mos.

Calens panis & vetustus noxij.

Panis ex olyra.

De bellarijs.

De laganis.

untur,robustum & famelicum stomachum deposcunt, iecoris meatus obstruunt, lienē debilitant, calculos in renibus gignunt, tarde demeant, sed valenter, & satis quidē alunt, si probe perficiantur. Cæterū quod ex ampla triticeę farinæ portione lacti incocta eduliū cōcinnatur, in eorū numero cōscribendū censemus, q̄ mirū in modū obstructionibus incōmodant. Ab his p̄terea tēperandū monemus, q̄ ex caseo, lacte, & farina constant. Placentas dicimus, omnino pestilens cibus, quo hepar facillime obstipatur, & itinera viscerū angustiora redduntˀ, lyen imbecillus, ac renes tophis impediti: qui & ab hoc etiā tanto magis afficiētur, q̄to plus de melle additū erit. Id enim nisi adiunctum esset, succus ex tam bellulis placentis eliquatus vehiculo careret, & ob sui crassitudinē in arctiora vasorum oscula penetrare nequiret, in quę nunc peruadit adminiculo mellis, extenuante scilicet humore perductus. Cuius tamen nonnihil addidisse (si quando his erit vsus) conuenit, & quantum a stomacho sic cōficiatur, & ibi exolescat, vt nō raptim & properiter sua vi nitens in iecur proruat, & ante eorum exactam cōcoctionem, quibus sociatur, vias occupet. Sed tantisper inditum hereat, donec ventriculus suo officio probe defunctus sese laxet, ac propellat iam plane cōcocta, quæ assumpserat, & tū qua facultate præstat, hunc conatum adiutet, & in penitiores sedes transitionem fœlicitet.

Placentæ insalubres.

Quantum mellis adijciendum bellarijs.

De carnibus.

De carnibus sic habeto. Animalia domestica, & q̄ intra parietes, septaq; nutricantur, humidiora esse cōstat. Tū ob aeris in quo versantur madorem, tū ob totius vitę ignauiā: inertia enim & pigra sunt valde. Nunc & pasturæ genus, quo opimantur, ad hanc intemperiem plurimū facit. Syluestria vero locis perspiratis degunt, eoq; aerem trahunt sicciorem. Assiduo incubitu quod edant, & rapiant in escariā prędā, venantur: sępe per abrupta montiū volitant, non raro in colles decurrunt, subinde in valles descendunt. Nunc per nemora et saltus, nunc per campos & arua, nunc per fontium & fluminum ripas vagantur, in ocio nunq̄, in labore semper: quapropter est eorum caro durior, firmior, & ad alendum valētior, si recte concoquatur: non laxa, mollis, vieta, excrementicia.

Quo tēpore animalia aptiora sunt.

Iam illud relatu non est indignum, quæ herbas pabulantur, aut teneriores arborum ramusculos, & arrodunt primū ex-

tuberantes

tuberantes turiones, quo tempore hæc vberiora & largiore prouentu germinãt, eo habitiora & magis obesa efficiuntur. Cæterũ quæ grandioris herbæ & iam adultæ pastu gaudent, in hyeme adusq; Veris initiũ & mediũ huius gracilescũt, fiuntq; permacra, & prauũ succũ colligũt. Quare per id tempus fracibus, & retrimẽtis ex mola seminis lini aut rapi saginantur. At recursante solis calore, quo herba se attollit, ac densa, proceraq; surrigit, cõfestim pinguescũt, & probo succo pleniores turgent. Quæ vero humili & parum extante gramine victitant, primo medioq; vere cõmodius agũt, vt Oues appetente æstate, & circa huius mediũ Capræ. Suinã carnẽ pręcęteris celebres medicinæ authores prædicant, & affinitatẽ quandam aut similitudinẽ habere existimant cum humana. Quare pluris esse nutrimenti cõtendunt, & omnino promptius cõfici. Sed nõ parum refert, qua sit ætate Sus, quo habitu, & qua alitura pastus. Quippe qui nũc recẽs editus est porculus, & partui proximus. (Quia nondũ frendere potẽs, Nefrens) præ mucore ac carnis lenticie omnino insalubris iudicatur: Qui senio grauatur, quoniã prædurã, & concoctu pertinacem habet, nullam vtilitatẽ adfert. Mediæ porro ætatis & qui necdum in cõplementum accreuit, præstabilis est. Ex habitu quoq; insignis differentia notatur, & est commendatior, qui non turget eximia pinguedine, nec squalet nimia tenuitate, ad eo mediocritas omnem excessum posthabet. Sues præterea plurimis morbis obnoxij comperiuntur. Iam quod sibi sanum ac bene prosperũ non viuit, alteri nec sanitatem præstare potest, Præter raucedinem, strumas, alui profluuia, grandinosi quoq; fiunt. Quo malo ij potissimũ infestantur, quibus crura, collũ, & armi carne cõstant humidiore, his enim partibus plurimę grandines innascũtur. Caro profecto dulcior & gustu amabilior est, si eas perpaucas habẽt, sed pręhumida & insipida si permultas. Neq; vitiũ hoc facile quenq̃ fallere, aut latere potest, cũ non obscura indicia cõperiãtur, quibus innotescit, parte enim linguę inferiore primantib⁹ grãdines cõspicuas obijciũt. Et si setã dorso euellas, in hui⁹ radice cruentũ madorẽ reperies. Pedibus etiã posterioribus ęgre cõsistunt. Grandine carent, cũ adhuc lactẽt. Nunc & habitũ ipsa castratio mutat. Quibuscunq;

Suina caro.

Sues morbosi.

De castratiõe

cumq́ in incremento testes execantur, hæc maiora & elegã tiora, quam incastrata euadunt. Sed postquã adoleuerint, ac iam in iustam ætatem eualuere, si castraueris, nihil ad magni tudinem his accedere clarum est, quin plerũq́ aut languent, aut intereunt. Suauior est, & alibilior maialiũ caro. Neq́ alienum est, ex ipsa alitura, vel meliorẽ, aut deteriorẽ fieri. Sues cicures minime appetentes sunt herbarum & frugũ, sed radicum maxime, facillime tamen cuiuis pabulo assuescunt. Glans fagina hilares facit, carnem quoq́ coctilem & leuem atq́ vtilem stomacho. Iligna suem angustam & strigosam: querna diffusam & grauem, cerrea solidiorem carnem fieri tradunt. Ex esculo, robore, subere fungosam & inanem: gaudent ac delectant ur volutari in luto. Quæ, inquit Varro, eorum est requies, vti homini lauatio. Sũt qui breuissimo septo animal hoc concludant, & hordeo, milio, pomis, pyris, ficu, quiete ac immotione saginant, celerrime quidem in pinguedinem proficit, sexaginta enim diebus obesum efficitur. Pridie quã occiditur, potione prohibere oportet, quo siccior caro fiet, & si biberit, plus humoris salsura habebit. Sitientẽ, inquit Columella, cum occideris bene exossato, nam ea res minus vitiosam & magis durabilem salsuram facit: deinde cum exossaueris, cocto sale, nec nimium minuto diligenter salito & maxime in eas partes quibus ossa sunt relicta largum salẽ infarcito. Post plusculos dies eximunt, & assiccandam in fumario suspendunt. Idoneus cibus robustis, bene valentibus exercitatis, assuetis, habet viscosi quid & redundantis, quo iecur & renes obstruit. Ita ijs præsertim officit, quibus vasorũ exitus angusti sunt, & ventriculi vires imbecilles. Tradunt magiiocinore muris dato porcis in fico, sequi dantem id animal: manipulos fœni lacerantes, & plus solito grunnientes, colum inclementiorem fore significant. A bubus veteres olim abstinuisse cõperio, & tam sacrum, amicumq́ habuisse hoc animal, vt capite plectendum sanxerint, aut in exiliũ, facinus nonnihil molliente casu, mittendum decernerent, si quis bouem occidisset. Et cum olim non nisi ouium boũq́ impendio mulctatio constaret, cautum erat, ne bouem prius quam ouem nominaret, qui mulctã indiceret. Virgilius ait:

Ante etiam sceptrum dictei regis, & ante

Impia

De sagĩnãdis suibus. *Quibus suina sit idonea* *De bubula.*

Impia quam cęsis gęns est epulata iuuencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

In Aegypto numinis vice colebatur, quem Apim appellitabant. Porro non alium tanto cultu dignabantur, quam cui in dextero latere insignis candore macula lucebat, & cornibus esset lunæ increscere incipientis, ac sub lingua nodũ haberet. Hunc nec fas erat certos vitæ annos excedere, quin mersum in sacerdotũ fonte ad constitutũ tempus necabant. Mox alium, quem surrogarent, luctu & eiulatu quęritabãt, donec inuenirẽt, & derasis etiam capitibus afflictionem, & mœrorem testabantur, nec tamen vnquam diu vestigabãt. Indicis bubus camelorum altitudo traditur, cornua in latitudine quaternorum pedum, apud Garamãtas retro ambulantes pascuntur. Lauatione aquæ calidę pinguescere perhibentur, & si quis incisa cute spiritum arundine in viscera adigat. Cato ijs dari iubet folia ficulnea, ilignaq;, & ederacea: pinguescunt & ijs, quæ flatum cient, eruo, faba & ipsa fabarum herba, ad hæc hordeo vel integro vel pinsito separata gluma, dulcibus præterea ficu, passa, vino, frondibus vlmi. In prodigijs priscorum frequens est loquutum bouem. Cœlũ olfactantes, seq; lãbentes contra pilum, tempestatem præsagiunt, Prometheus primus bouem trucidauit. Bubula alimentum non exiguum præbet, neq; discussu admodum facile, sed crassiorem sanguinem, quam ratio humanæ temperaturæ postulat ex se progignit. Quã melancholicus si plurimum edat, graui aliquo affectu ex altera bile corripietur, q̃d genus lepra, quartana, lien. Suina bubulam lentore, & hæc crassitudine illam superat. Hoc loco eius admonebo, q; in omni animante, annosa & vetusta a concoctionis laude recidant, & alienissima esse a succi, nutritionisq; pręrogatiua. Et quibus siccius temperamentum natura dedit, ex ijs commodius nutrimentum est in ætate tenera, quæ vero humidiora sunt, quanto propius ad crementi cõsistentiam & vigorem accedunt, tanto ceteris sui generis pręstãtiora sunt: quare & vituli & iuuenculi, per adultis bubus commendatiores in re escaria habentur. Bubula si dies aliquot sale cõspergitur, grato quodam gustu ad stomachum facit, ipsiusq; fibrę mansuetiores redduntur, & minus excrementicia est. Sed in muria

[Margin: Aegyptij pro numine habebant bouem.]

[Margin: Bos loquutus.]

[Margin: De ætate animalium.]

[Margin: Bubula salita]

diutius si asseruetur, omnis eius humor qui absumitur, siccescit, prauum, crassumq; succum p[r]ębet, & difficillime conficitur. Senibus, pueris, imbecillis inimica. Taurorũ sanguis, quia celerrime coit, atq; indurescit, pestifer & letalis censet.

Ouilla. Ouillam, qui suæ sanitati studet, omnino fugere debet, neq; vllum cũ ea inire cõmerciũ, quã siue in veru torreas, siue in aqua elixes non effeceris cõmodiorem, nulla arte nocumentum ponit, vitiosum succum, grauem & putidũ gignit.

Arietina. Arietina pessima est.

Veruecina. Veruecum caro sapore nõ iniucunda, probe nutrit, & apta, quę in vsum quotidianũ paretur.

Hagnina. Hagnina plus satis humet, viscosa, pituitosa, redundans, phlegmaticis, & natura humidioribus officit: Frigida estur. Pinguescit potissimum ouis ex potu, igitur salem dare consueuerunt quinto quoque die, vt sitientes plus aquæ hauriant. Et huic eodẽ ingenio medentur, cum oborto fastidio recusat escam, vorato enim sale, quem paleis immiscent, sentit languores tolli, & cupiditatem pabuli recurrere. Ipsa tacitis prolectilibus auidissima fertur in salsuginosa: quapropter in Zelandia, vbi aquę omnes salsiusculæ sunt, verueces, quã in affinibus regionibus pręstãtiores aluntur.

Caprilla. Caprillam quibus laudibus ornem non inuenio: animal id nunquã febri carere existimant: quamobrẽ & eius morsus arboribus exitialis reperitur. Oleam lambendo sterilem facit, ex adurente & pestilente anhelitu.

Capra obnoxia est comitiali. Sunt qui & comitiali obnoxium contendant, & huius aliquid morbi gustantibus afflare. Causam conijciunt, q; angustos poros & astricta spiracula habeat, vti spiritus, sanguinisq; vapor nõ prompte queant deferri, quare introclusi reuoluuntur, & viscera ipsa opprimunt. Indicio est vocis exilitas. Imo quicunque hoc morbi genere tẽtantur, assimilem capellę vocem ędunt.

Hippocrates. Hippocrates ait: puto nullos eorum q Libyæ mediterranea incolunt, si morbo comitiali corripiantur, posse vllo modo sanari, siquidem stragulis. vestimẽtis calceis & caprinis carnibus vtuntur, cum nihil huius, quam caprinum habeant. Ob id in venditionibus olim a priscis nõ est solitum de sanitate præstari, satisq; fuisse si venditor diceret: Aio has capras bene esse, beneq; bibere. Mythici Iouem enutritum fabulantur, Amalthea capra.

Hircina. Hircina aspernabilis est, olida, nullius pretij.

Hœdina. Hœdina concoctu facilis, tenuem atque hu-

que humidum sanguinem generat, feruidis, tabescentibus mirifice confert. Cōmendatiores & melioris succi existunt, cum non adeo nuper ęditi & proximi partui, sextum tamen mensem non excedant. quicq; ruffi, & cęsij præferuntur. De feris nunc sermo instituetur. Ceruis non pauci longam admodum vitam ascribunt, quod post centum annos capti aliqui sint cum torquibus aureis, quos Alexander magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obesitate. Ver. cecinit: Ceruina.

Per binos, deciesq; nouem superexit in annos
Iusta senescentum, quod & implet vita virorum,
Hos nouies superat viuendo garrula Cornix.
Et quater egreditur Cornicis sęcula Ceruus,
Alipedem Ceruum ter vincit Coruus, & illum
Multiplicat nouies Phœnix, reparabilis ales.

Sed huius nihil certi esse autumat Aristoteles. Nec gestatio inquit, nec incrementum hinuli ita eueniunt, quasi his vita esset prælonga. Aetatis quidem indicia in cornibus consistunt, quippe quæ anniculis nulla sunt, sed quiddam extuberans atque hirtum, quo loco prodire debent, conspicitur. Bimis oriuntur simplicia & recta. Trimis bifida. Quadrimis trifida, & hunc in modum deinceps numerus succrescit in sextum annum, ex quo tempore similia reuiuiscunt. Senecta dentibus declaratur, aut enim paucos habent, aut omnino nullos, & adminiculis carent in imis cornibus ante frontem prominentibus, quibus in pugna minores vtuntur. Omnibus annis statuto veris tempore Aprili mense cornua excutiunt. Sinistrum tanquam medicamento quodam præditum occultant. Mirum profecto tantam inuidentiam animanti inesse, vt non patiatur in commodum vsum ab homine trahi, quod sibi superuacaneum, & tanquam triste onus abijcit. Et mirabilius qua ratione constet id medicamentarium esse, cum a nemine adhuc inuentum narrent. Febrium morbos non sentit, quin & huic formidini medentur. Quasdam Plinius ait, nos principes fœminas scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas, & longo æuo caruisse febribus. Quod ita demum existimant ratum, si vno vulnere interierint. Aestate pinguescunt, hyeme extenuātur, vere ad cursum maxime vigent. Aristoteles. Cerui nunq; febriunt.

vigent. Cum tempus appetit coeũdi, & venereus ardor humores accendit, & fœminas mares implent, tum instar hircorum fœtent, & eorum facies nigrescit, vitiatur sanguis, & omnino inutiles cibo redduntur. Neq; alias probi admodũ ſucci celebres medicinæ authores pdiderunt, concoctu perdifficilem dixere, atram bilem gignere, tremorem parere: q. bus equidem lubens assentior, si ętate prouecta fuerit, quem in victimam mactamus. Si iunior & adhuc hinulus extiterit (cum eam temperaturam obtinere credantur, qua in plures annos, atque eos etiam sine febribus viuere queant) non verebor aptam satis & congruentem huius carnem alitioni astruere, & ijs præsertim conducere, qui stomacho sunt haud multum infœlici ac natura humidioribus. Sertorius virorũ ducumq; omnium clarissimus, Ceruam cicurem habebat insigni candore speciosam, quam esse fatidicam Hispanię gentibus persuaserat, & cuius auspicijs & significatione bella gereret. Apri in Creta, neque in Aphrica reperiuntur, in Macedonia traduntur muti, nullis inesse fel diligentiores rerũ naturę perscrutatores perhibent, quos tamen immanes ac sanguinolentos constat. Et potissimum acerrime sęuiunt, cũ libidinantur, quanquam ex coitu imbecilliores reddantur. Inter se mirum in modum dimicant, & quam alioqui crassissimam cutem habent, attritu arborum pręparant, atq; indurãt ad congressus, quin sæpe inducto luto, ac resiccato, tergora sua veluti incrustant, & inuicta efficiunt cõtra ictus. Mutuo præterea dentium incubitu, sic illorũ aciem exasperant, quasi ferrum coti affricans prelio adaptes. Indicis cubitales narrãt esse, animal est ad conuiuia natum, nec refert qua ętate castretur: cibus est multi ac boni nutrimenti, sapore non ingratus, pręsertim cum venereis nondum maturus, sed ventriculum poscit validum, quamuis nec statim minus etiam valentem grauet. Non ad satietatem ferina editur, sed ad voluptatẽ & magnificentiam, & quantum citra laborem prompte conficimus. Apri caput in aheno elixant vino, aceto & iure salitæ bubulæ cum plurima saluia. Armi & petasones si lento igne in veru torreantur, recusandi non sunt. Mille modis principum coqui, & qui artem culinariam callent, varijs aromatis carnem hanc saturantes parant. Solidum Aprum Romanorum pri-

Sertorius.

Aprina

Aper ad cõuiuia nascitur.

rum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus. In morbis sibi medetur edera, & cancros vescẽdo eiectos mari: aduersus lumborum dolores, & quæcũq; alia mollire opus sit, iubent cinerem apri aut suilli fimi inueterati aspergi potione vini. Vesicę renumq; cruciatibus auxiliantur huius vrina & ipsa vesica pro cibo sumpta, efficacius si prius fumo maceratur vtrunque. Capreoli inter venationes, syluestresq; animantes, quæ in cibationem veniũt, plurimorum calculis extolluntur. Humores inculpatos gignunt, neque admodum concoctu pertinaces. Ventrem firmant, neruos corroborãt, pituitosis neq; aliud quicquã ęque commodum. Vrina ad quartanas persanandas efficacem comperio. Creditum quoq; est huius animantis sanguinem mirum robur corpori pręstare, si ex recenti vulnere ore admoto hauriatur. Lepus omnium prædæ nascitur. In alpibus candidos ferunt, quibus niuem pro cibatu fabulantur, idq; eo argumento, quod hac liquescente omnibus annis rutilescant: vtranq; vim inesse ijs, ac sine mare gignere, nondum pro confesso traditur. Sed superfœtat aliud educãs, aliud in vtero pilis vestitum, aliud inchoatum pariter gestans: pro corporis quoque portione vti cæteris animantibus, quę pauida & meticulosa sunt, pręgrande cor obtinent. Circa Briletum, & Tharmen, & Cherroneso ad propontidem bina iocinora habent, alioq; translatis interit alterum. Dormiunt patentibus oculis, non pinguescunt, surdos tamen celerius pinguescere compertum est. Leporina sanguinem crassum gignit, atram bilem parit, cohibet ventrem, offendit pulmonem, somniosos facit. Sed qui ætate minores sunt, probioris succi iudicantur, & nutrimenti non aspernandi, magnifice conferunt humidis temperamentis, lotium proritant, discutiunt calculos. Vulgus iocatur in dies septem gratiam ac venustatem corpori cõciliare. Martialis ait:

Capreoli

Leporina

Inter aues Turdus, si quis me iudice certet,
  Inter quadrupedes gloria prima Lepus.

Aetius miram vim lepori tribuit. Leporis, inquit, pellem in aululam conijce, & in furnum demitte, atque vbi vsta fuerit, vt scite conteri possit, acceptam tere, & ex ipsa cochleariũ vnum cum vino ieiunus in solij calidæ aquæ inscensu

Aetius

præbe. Si vero velis experimentũ pharmaci ipsius accipere, ex eo in vinũ cõijce, & in vinũ item lapidẽ ex flumine ductũ & contectũ per paucas horas sine, & in glumos lapis dissoluetur. Sunt & leporini generis cuniculi, qui gaudent habitare in effossis antris, & cauernulis, quas sibi pro cubilibus excauant. Innumeræ fœcunditatis existunt, vt famem aliquando balearibus insulis, depopulatis messibus attulisse dicant: quare aduersus vberem eorum prouentum, & infesta agmina auxiliũ militare cogebant incolę a diuo Augusto petere. Horum fœtus ventre exectos, vel vberibus ablatos non repurgatis interaneis gratissimo in cibo habitos Plinius refert Cuniculina frigidi & sicci temperamenti censetur, satis probe nutrit, & succi est nõ cõtemnendi, nisi animantis sit annosi. De auitijs nũc erit sermo: Volantiũ caro minus nutrit, quã gressiliũ. Sed a mediocri calore facilius conficitur, minusq; hęret in ventriculo, nec tantũ excremẽti aggerit. Ociosis cõducit & delicatioribus, neq; indigentibus robusta corporis firmitudine. Quippe quod nullũ aut perexiguũ negociũ cõfectrici facultati facessit, sed cito, celeriterq; domat, & in sanguinẽ transit, id in neruos, aut in vires lacertorũ nõ magnopere addit. Cęterũ ex ętate haud obscurã differentiã volucrina recipit: quę enim nuper exclusę sunt, carnẽ habent vietã, mucosam, redundantẽ, meliorescũt quidẽ in cõsistentię vigorẽ cõtendentes. Et rursus ab hac declinantes q̃to propius ad senectã vergunt, tanto deteriores efficiuntur, & cõcoctu difficiliores. Quę cœlo pręterea libero fruunt, ac suę spontis vagantur, solidiorẽ carnẽ obtinẽt. Quę in auiarijs obseptę opimant, fluxiorẽ, minusq; coactã habẽt. Campestres, quę in arboribus & fruticibus nidulantur, prestantiores sunt ijs, q̃ in paludibus & ęstuarijs victũ q̃ritant. Vbiq; oẽs plurimã laudẽ gallinis asscripsere, easq; vsus ipse preter eulogia laudandas declarat. Boni etenim succi cõperiuntur, pręsertim cum iã grãdiusculę parturiũt oua, gliscuntq; subigi. Citra laborẽ vllũ a stomacho expedite cõficiuntur, imbecillis & quibus sedentaria vita transigitur mirifice cõducunt, lętũ floridũq; colorẽ adferunt. cerebrũ mentis domiciliũ adaugent, opitulantur surdis, copiam genitalis seminis faciunt, placidos somnos conciliant, aduersus venena valere Nicander prodidit: Veteres

Cuniculina.

De auitijs.

Gallinæ.

Veteres si pulchre saginatæ (saginare deliaci cœperunt) & præpingues elixentur, donec pulpæ tenerescant, & iusculũ ipsum inficiatur sale, zingibere, cinamomo, macere, caryophilis, croco, saccaro, commendabiles erunt. Si exotica condim̃eta horres, cupisq; domi tuæ nata, adde cepulas, satureiã, sampsucum, roremmarinum. Martialis ait:

Pascitur & dulci facilis gallina farina,
Pascitur & tenebris, ingeniosa gula est.

Lege C. Fannij ante tertium bellum punicum interdicebatur, ne quid volucrum in cœnis apponeretur, prẹter vnã gallinam, quæ non esset altilis. Horatius suadet:

Si vespertinus subito te oppresserit hospes
Ne gallina malum responset dura palato
Doctus eris viuam misto mersare falerno,
Hoc teneram faciet.

Gallinacei necdum venerem experti benigne alunt. Qui cum vetustescunt, & emeriti milites corripiuntur in victimam, nomina non sunt primaria, nutrimentum prẹbent insuaue & redundans. Horum decoctum ad aluum purgandã sorbetur, sed exẽptis interaneis salem indere oportet, & marinam brassicam, mercurialem, cnicũ, filiculã, & consutũ gallũ in aquæ sextarijs viginti vsq; dũ ad heminas tres decrescat, coquere. Crassa, cruda, glutinosa & nigra hoc ius trahit, vtile idem diutinis febribus, suspirijs, articulorũ doloribus & stomachi inflammationibus. Gallis testes eximuntur abolendæ libidinis causa, & quo magis pinguescant, tum semimares, capiq; dicuntur. Cibus sunt boni sanguinis, & firmi alimenti, nec facile dissipabilis. Sunt qui caueis inclusos opimant, ad quam rem locus calidus desyderatur, & pauci luminis. Nonnulli in sportula collocant, & tam arcte cohibẽt, ne versari queant. Mundissimam paleam, aut mollem fœnũ substernunt, nam si dure cubant, difficulter proficiunt. Columellæ placet, neque aspernandum est, vt ex vtraque parte sportula foramen habeat, vnum quo caput exerant, alterum quo caudam, clunesq; promittant. Hoc modo aptius pabulum capere possunt, & recrementa edere, vt non inquinentur. Alij cum auem cibant e cubili extrahunt, & instratam paleam, aut fœnum excutiunt, ac repurgant ab illuuie

Ius decrepiti galli.

Capi ad quẽ modum opimantur.

seu re-

ſeu recens ſtramentum ſubijciunt,eamq; pauliſper humi de poſitam demittunt,ſed ita ne longius euagetur, tum ſi quid eam ſtimulat,aut commordet,roſtro,pedibuſq; perſequitur. Alas,femora,clunes ad focum explicant,& calefaciunt non aliter,quã ſuos alumnos nutriculæ cõtrectant. Eſca panis eſt triticeus in longiora fruſtula aut teſſelatim cõſciſus,& in cer uiſia,tribusve aquę partibus & vna vini maceratus,qua pro fecto induſtria obeſam ac pleniorẽ auem reddunt. Sed pro pter deſidiam atq; immotionem caro excrementicia ſit,ne ceſſum eſt.In annalibus reperiť M. Lepido, Q. Catulo Co.

Meleagrides. in villa Galerij locutum Gallinaceũ. Sunt & Meleagrides gallinarum genus gibberum, varijs ſparſum plumis: Vidi mus aliquot his dieb⁹ aduectas ex inſulis obiectis regno Se negę,quas Clytũ Ariſtotelis diſcipulum haud inepte deſcri pſiſſe comperio. Noſtratis gallinæ magnitudine eſſe dicit, paruo capite ad portionẽ corporis, & glabro,criſta carnea, ſed rotunda & pręduta,quæ paxilli modo promineat,colo re ligni,ab ore ad malas carunculam pro mento eſſe,ſed ardẽ tiorem,quam gallinaceo generi, roſtrum acutius,ac maius, ceruix breuior, & craſſior atq; nigra, corpus varium macu lis nigro candidis,frequẽtibus, per interualla maioribus len ticula,ſoleę figura, vel orbiculis vt alę ſerrata ſpecie,digeſtis in quendã verſum maculis lucentibus,crura ſine calcaribus: Mares a fœminis ægre dignoſci poſſunt,tã eſt in ſpecie ger manitas. Nobiles fecit Meleagri tumulus, ex quarũ lachry mis ſuccinum concreſcere Sophocles poeta tragicus tradi dit. Nouiſſime peregrinarum auiũ in menſam receptę ſunt. Martialis cecinit:

Anſere Romano quamuis ſatur Hannibal eſſet
Ipſe ſuas nunquam barbarus edit aues.

Columbarũ duo genera. Columbarum duo eſſe genera conſtat. Alterum agreſte a paſcuis,& agris vnde pabulum petit, aut ſaxatile, quoniam in ſaxis niduletur,& in foraminibus turrium,ac ſpecularum, quas a colore nonnulli Liuias vocant, pediolos habent im plumes,ſcabros,rubros, neque gregatim volitant, ſed bini mas & fœmina. Harum pulli cum ad volaturam tempeſti ui ſunt,& ſe ſuis alis credere tentant,gallinaceorum ferme a lituram æquant. Q uin magis conueniunt altioſis,pituitoſis, hydropi

hydropicis, calculosis, in venerem tardis, sanguinem praebent calidum, spirituosum, bene alibilem. Est genus aliud domesticum & cellare, quod intra tecta & vmbrosis in locis pascitur. Succum gignit crassum, turbidum, atrum, offendit caput, oculos vitiat, anginam parit, terrificos somnos inducit. Et hac de causa, cum occiduntur, caput ipsis detrahitur. Nec desunt qui tertium genus adiectent, quod intra cellare & saxatile, medium statuunt. Gigni aiunt ex columbo domestico & foemina liuia, aut contra ex mare pascuo & marita cellari, esseq; ad blandiendum proniores, & ad lasciuiam lubentiores, domumque redire solitas non sine vmbra, ac furto comitatiores, miscellae appellantur. Pipiones ad esum prestant, ac vere magis quam autumno, deterrimi sunt aestate, & omnino tempore calidiore. Palumbus insigni torque conspicuus ob glandium, quibus victitat, facultatem, venerem hebetare putatur. Eius caro in aceto discocta dysentericis & coeliacis medetur. Turtures imbecillis vigorem conciliant, & eam vim, quae conficiendos cibos complectitur, mirifice corroborant, partem animi qua solertes sumus, atque ingeniosi dicimur eximia proprietate fortificant. Perdicum aliquot perhibentur genera, in Boeotia nulli reperiuntur, in Paphlagonia bina habent corda. Commendantur purpureo rostro, non pinguescunt, sed carne implentur. Heroum deliciae sunt, & generosorum dapes, presertim si pridie iugulentur: suauem, tenuem, & defecatum sanguinem exudant, humidis ac lubricis ventriculis magnifice cōferunt, si deartuati & modico sale conspersi in craticula assentur: sed prospiciendum, ne ardentioribus prunis superiecti nimium torrefiant. Aetius narrat, in qua domo alitur, si venenatum quid paratur, indefessis clamoribus, & insueta motione vbi id deprehenderit, suis nutritijs indicat. Phasiano non minor est gloria, sed succum valentiorem gignit. His auibus per sanitatem parce vtendum, vt sit quo in morbis languentem stomachum recreemus. Plurimum alunt, nec onerant quicquam. Pediculis persaepe interimuntur, nisi se subinde pulnerent. Item Terei & Prognes filium in hanc volucrem transformatum Mythici fabulantur. In Colchis frequēs est, iuxta flumē Phasim, per quod argonautę in Colchos peruenere,

Palumbus.

Turtures

Perdices.

Phasianus

nere, vnde ad nos allata nomen habet. Martialis ait:

Argiua primum sum transportata carina
Ante mihi notum nil nisi phasis erat.

Pauus. Pauonem cibi gratia primus occidit orator Hortensius. Saginare primus instituit circa nouissimum piraticum bellũ M. Aufidius Lurco. Huius caro fibrosa est, & redundans, tres, quatuorve dies ab occisione priusq̃ mensę inferatur, asseruari debet, eiusq; cauum vrticulis impleri, & a trabecula suspendi, aliquo pedibus alligato pondusculo. Hoc ingenio crassities carnis tenuatur, & ad concoctionem obsequibilis efficitur. Paui apozema si pinguiculum sit & succulentum pleureticis mirifice auxiliari ferunt. Beatus Augustinus de ciuitate dei, libro. 21. Quis, inquit, nisi creator omnium deus, dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Quod cũ auditu incredibile videretur, euenit vt apud Carthaginẽ nobis cocta apponeretur hæc auis: de cuius pectore, pulparũ quantũ visum est, decerptum seruari iussimus: quod post dierum tãtum spacium, quanto alia caro quæcunq; cocta putresceret, oblatum, nihil nostrum offendit olfactum, itemq; repositũ est, & post amplius quam triginta, idem, quod erat, inuentũ est, idemq; post annum: nisi quod aliquantulum corpulentiæ siccioris, & contractioris fuit. Simonides hanc alitẽ tradidit ad locum prouolare, in quo parari toxicum cognouit, & gestu, vociferatione, inquiete omnia turbare, neq; cõquiescere, donec medicamentum eruerit etiam, si defossum sub terram occultauerint.

Coturnices. Coturnices damnauerũt medici, quoniam veratro vescantur, simulq; propter comitialem morbũ quem solæ animalium Plinius dixit, pręter hominẽ sentiunt (Huic malo tamen capras quoque subiectas legimus) Semper grues aduentu anteuertunt, neq; sine periculo nauigantium terris appropinquant, vtpote velis, idq; noctu, sępe insidentes mergunt nauigia. Non puto candide lector, quas nos in hac regione qualeas nominamus, mortalibus tam noxias, vt in mensas venire non debeant, & insalubres censeri, nempe neque hic frequens veratrum in agris cõspicitur, neque vnquam exemplũ aut vidimus, aut audiuimus, cui male cesserit huius auiculę esus. Quod nauigia mergant, neque re ipsa a quoquam compertum accepi; sed hæc graues autores

thores

thores prodiderunt, quibus religio foret contradixisse. Forrassis in Ortygia plurimus est elleborus, in qua hę volucres primum visę sunt, & ex qua in has plagas turmatim primum aduolarunt non sine periculo nauigantium. Apud poetas celebre est, cũ Iuppiter Latonam compressisset, sororẽ quoque eius, nomine Asterien vitiare conatus est, quę deorum miseratione in auem conuersa est, quam nos coturnicem vocamus. Hac qui frequenter vtitur spasmo & epilepsiæ obnoxius euadit, neruis enim infesta creditur.

In cœnula Baptistæ feriæ.

Sint autumnales croceo tibi pabula lumbo
  Siue Coturnices, siue vocas Qualeas,
Sensibus hęc mala sunt, tenebrisq; replentia fuscis,
  Ventri inuisa, malis febribus exitium.
Si tamen vlla tuos circumuolitauerit orbes,
  Cœna tibi non sit, sed leue prandiolum.

Passerculorum caro duriuscula est, & aridula, confert pituitosis, officit cholericis, profluuium ventris sistit, venerẽ concitat, calculos pellit si ex sale edatur, atque idem prestat ipsius cremati cinis. Galerita nomen habet, quia in summo vertice pauonum modo, apicem gestat. Terraneola similis huic sed apice carens: auiculæ cibo commodissimę sunt, boni nutrimenti, & concoctu faciles. Aetius Corydalum iure simplici elixatum, & crebro cum iusculo ipso acceptum colicis mirum in modum opitulari fortiter asserit, Dioscorides tostum vult, & ita mandi. Turdorum ac merularum carnes, cũ sunt iuuenes & pinguiculę inter primas dapes cõnumerantur. Horatius ait: Nil melius turdo (adde) Merula nec dulcius atra. Probe alunt, atq; his potissimum conducunt, qui humecto stomacho sunt. In Archadia circa Cyllenam, nec vsq̃ alibi, candida reperitur merula. Sturnus durę ac redundantis carnis existit. Gallinago per sepes hortorum capitur, magnitudine quanta gallina est, rostro longo, colore attagis, currit celeriter, & hominem mire diligit. Hanc ego existimo, quã nostrate lingua vocamus een sneppe, & ficedulã ea minorẽ esse, neque in hanc regionem prouolare, sed apud Italos passim conspici, vbi & ficis & vuis vbertim pascitur: gallinago saporis bonitate commendatur, & succum prębet multum

Passerculi. Galerita. Turdus. Merula. Sturnus. Gallinago.

altibilem, confortat cor, in cuius penetralibus deliciatur anima. Cuculus ex accipitrum genere dicitur, in alienis nidis semper parit. Hic cum pullus est, reliquis coalumnis cibum preripit, vnde & nitore, & pinguitudine plus cæteris proficit, eoq; tempore nulla auis saporis suauitate huic comparatur, quem nonnihil mutat, cum de proprio venatu victitat. Accipitrum soboles iucunda valde, & amabilis & opima efficitur. Parcus auis est palumbo aliquãto minor, subtus candida, cætera pauoni assimilis & crista quoque. Sunt qui Vanellum dicant (een kyuit) fibrosæ carnis est, & operosæ concoctionis. Ex anserum genere feruntur, quos a molliori pluma Penelopes vocant. Sunt & his minores alij pennis nigricantibus ad vulpinæ pellis similitudinem Chenalopeces dicti. Theodorus Gaza vulpanserem appellat, nostrate sermone, een brantgans. Est aliud genus magnitudine vultures superans, & ijs concolor, in alpibus gignitur, neque hasce regiones horret. Corporis moles huic tam ponderosa augetur, vt in terra sæpe assequutus manu prehendatur, een trapgans. Anserina egre conficitur, & excrementicia est, presertim vetulorum, & macilentorum anserculorum altilium caro saporis gratia commendatur ac belle nutrit. Eorũ quoque quos vulture maiores diximus, aspernabilis non est. Alexandro Seuero festis diebus pro exquisitis epulis in mẽsam veniebant. Lacydi philosopho anserem fuisse narrant, qui perpetuus comes ei semper hærebat, nusquam ab eo, neque in balneis, neque in foro, neq; noctu, neque interdiu digressus. Anatum permulta est familia, & differens turba. Sũt quas Glaucia Græci vocant, ab oculorum colore: sunt quas Boscades, & quas ab vrinandi voluptate Colymbidas & Colymbos appellitant. Succi omnes non admodum laudati, sed ventriculo graues ac redundantes. Martialis inquit:

Tota tibi ponatur Anas, sed pectore tantum
Et ceruice sapit, cætera redde coquo.

Non ingratum tibi fortassis candide lector fecero, si hic eius obiter admoneam, quod me nonnihil suspensum habet. In antidoto Pauli æginetæ prænotato Hæmaton, id est, ex sanguinibus (quod ex Galeno vt reliqua omnia desumpsit) scribitur, sanguinis anatis maris. Iam hic me scrupulus torquet, atque

Cuculus

Accipitres.
Parcus.

Anser.

Anas.

Antidotũ de sanguinibus.

atque ambigo, quid maris significet, an salum, an sexum: Q đ sexum significet, ex eo constare videtur, quia subijcitur sanguinis anatis fœminæ. Ex Plinio vero non masculi, neq; fœminæ, neq; marinę simpliciter anatis sanguis requiritur. Sed anatum ponticarum, quæ cum veneno victitent, neq; lędantur quicq̃, consentaneum est, earum sanguinem singulari potestate preditum aduersus veneni vires, quã haustus nostris quoque visceribus, ne facile corrumpantur, potenter impartit Plinius libro.25. capite primo sic habet: Mithridati excogitatum quotidie venenum bibere pręsumptis remedijs, vt cõsuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti, ex quibus vnũ etiã nomen eius retinet. Illius inuentum autumant sanguinem anatum ponticarum miscere antidotis, quoniã veneno viuerent. Nemo quidẽ nescit, quin id mare proprie Põtus appelletur, quod a palude Męotidis in Tenedum vsq; protenditur. Est & Pontus minoris Asiæ prouincia, in qua regnauit Mithridates, Eupator & Pythodoris regina, Dioscorides sine adiecto: Antidotis, inquit, vtiliter miscetur anseris, hœdi, & anatis sanguis. Fulica furua est, aquatica & spumę auida: cuius caro boni odoris est, excepta parte posteriore vltima, quæ sola tristius olet, pinguescunt satis, & edendo sunt. Olor apud lacus, paludes & æstuaria pabulum quæritat, moriturus flebilem vocem emittit. In fabulis est, cum Iupiter Ledam Tyndari regis filiam deperiret, in Cycni effigiem conuersus cantu virginem non modo vt ad se veniret, sed vt sibi blandiretur etiam, allexit. Pregnans facta ouum peperit, ex quo Castor & Pollux. Olorina sanguinem prębet obscurum, crassum, melancholicum. Ardeolarum tria esse genera constat. Pella sagax est colore prauo, & humida aluo. Candida plurimum nitet, atque actuosa est. Stellaris e seruo in auem transijt, iners est & ociosa. Et hęc (ni si fallor) ea est, quam vernacula dicimus, eẽ putoor. Est quod remordeat, neq; fortem assertionẽ permittat. Et sunt, q Onocrotalum existiment, quod mihi verisimile non fit, quia is olorum similitudinem habet, nec distare depręhenderetur, nisi faucibus ipsis inesset alterius vteri genus: victus earum cõformis, pascuntur paludibus, lacu, campis, & pratis. Abardeola insigni candore lucet, rostro est lato & exporrecto, een

Anates ponticę veneno victitant.

Fulica.

Olor.

Ardea.

Abardeola.

sepelaer. Alites hæ apud nonnullos (nam suum cuique palatum est) primas tenent, & eis cupientissime vescuntur. Profecto prorsus ineptæ non sunt, obtinent tamen quid insuaue & succum gignunt minus commeabilem.

Grues. Gruum caro aspera est, densa, cruda, & fibrosa. Vocem decoctum eius sonoram efficit. In balearibus insulis in honore & delicijs mensarum, vipiones esse Plinius ait: Gruinum collum sibi dari Philoxenus postulabat. Semel dicam, quæcunque aues in aquis degunt, aut ex fluminibus, stagnis, marive escam venantur, quanto iuniores sunt, modo ne omnino nuper exclusæ, & pinguedinis plus habent, tanto in suo genere præstantiores censentur, easq; fragrantibus herbulis, ac suauibus aromatis farcire cōducit, roremarino, amaraco, thymo, sampsuco, menta, lauro, in ipsas etiam pulpas caryophilos demittere. Hac arte paratur sapor, odor, teneritudo, & excitatur, si languidior sit, appetentiæ vis.

De partibus animalium. De excarnibus partibus terrestrium animalium & eorum visceribus, quādo in vsum trahuntur, astricta oratione deinceps dicturi sumus. Pedes, rostra, aures, vt nihil omnino pinguedinis, ita carnis quoq; perexiguum cōtinent, sed neruorum ac cutis natura in illis præpollet. Tenuiter quidem corpus alunt, & expeditius (authore Galeno) sui lentoris nomine per aluum delabuntur. Illos ergo admirari subit, qui contra ventris profluuium his nunquam non vtūtur.

Suini pedes. Suini pedes omnium cōuenientissimi existunt, elixi ex aqua cum hortulano apio & anetho, nec inepte adijcitur acetum, garū, oleum. Sunt qui ptisanę incoctas pernas laudent, & molliores inde fieri, & ad concoctionem promptiores aiunt.

Bubuli pedes. Bubulos pedes nostrates mulierculę haud pessime parant elixantes in aqua, & vbi mediocriter concocti fuerint, infundunt vinum, & salis nonnihil: refrigerati multis ad stomachum faciunt. Eos præterea cum bubula in tomos concisa elixant, donec omnino tenerescant, & glutinosus mucor tangentibus digitis adhæreat, condientes zingibere, pipere, croco, saluia, aut allio, aut cępulis. Cibus est ad neruos, vires, corporisq; robur plurimum conducibilis, sed valentē ventriculum poscit.

Rostrum. Rostrum, quando boni succi perparum habet; minus probatur.

Aures. Cartilago. Aures, siquidem ex sola cute, & cartilagine constant, nullam prędicationem merentur. Cartila-

go, si

go, si ab adultis desumitur, nequaquam venter eam peruincere potest. Si vero ab increscentibus sumpta fuerit, etiã exacte dentibus comminuta si probe perficiatur, pusillum alimenti gignit. Hagni capitulum, huiusq; pedioli non egenti bus valido nutrimento propter concoctricis facultatis imbecillitatem cõceduntur. Cutis omnium difficillime domatur, penitus exucca est, & quę pinguibus atque obesis detra hitur, grauis ac recrementosa. Linguę propria substantia ex carne est fungosa & soluta, cui permultum pinguitudinis inspargitur, ne ex continuo motu adarescat. Et hac ratiõe in cibationibus minus commendatur, fastidiũ mouet, protinus obsaturat, tarde demeat. Si ex dierum aliquot salsura edatur, aut infumata, pluribus ad stomachum magis facit. Glandulis omnibus illud commune est, vt dulces ac friabiles in ore deprehendantur. Mamillares cum de lacte tument, si quod aliud epuliũ a ganeonibus maxime expetitur, aut præcipue suillę. Has ante occisionem crebris, sed minutis ictibus, betulaceis virgis conuerberant, quo si quid crassum, concretũq; in his consistat, calore atque agitatione laxetur. Alimonia etiam ex his probe in ventriculo concoctis certare non potest cum ea, quæ carnis est. Iam si exacta ac plena subactione frustrentur, quæ sicciores sunt crassum, quę vero humidiores pituitosum succum procreant. Testes ab Adenum natura parum abesse videntur, sed non perinde nutriunt, nec palato amabiles æq; comperiuntur. Siquidem seminis officina cũ sint, huius quid asperum & immite referunt: adultorum om nium plane noxij ac praui iudicantur, humorem crassum gignunt, & difficulter perficiuntur, iuniorum longe præstant, ac bene alibiles, si belle concoquantur. Iam quanto suina caro alijs prefertur, tanto harum quoq; testes aliarum animan tium testibus laudatiores pręferuntur. Taurorum, hircorũ, arietum inutiles Galenus decreuit. Multis tamen grato in ci batu parantur arietum, si elixi oleo aut butyro in sartagine frigantur, & zingiberis polline, aut cinammomi, seu piperis aspergantur. Renes concoctioni admodum rebelles sunt, & pessimi chymi. Cerebrũ omne pituitosum est, ac redundans tardi defluxus, in stomacho fluitans vomitum concitat, & edendi auiditatem disijcit. Tota errant via, qui ob ipsius mol litudinem

Caput & pedes Hagni.
Cutis.
Lingua.
Glandulæ.
Testes.
Renes.
Cerebrum

litudinem falsi ęgris aut valetudinarijs pro commodo & exquisito epulo propinant. Leporis cerebrum conducere cōperio tremori & articulorum morbis. Hermolaus barbarus cuiusdam condimenti meminit, ex cerebellis porcorū, auiū, in plurima rosa coctis, infuso garo, oleo, vino, pipere, & ouorum luteis, Rhodonia dicitur. Medulla iuuenculis animalibus admodum cruenta est, cuius in suillis ossibus minus existit, cerebro dulcior, iucundior, pinguior. Quę in vertebris dorsi reperitr durior, & quanto longius ab ipso cerebro protenditur, tanto magis assiccatur, atque durescit. Alimoniam præbet, vti cerebrum, haūd exiguam, si pulchre cōficitur, qđ vix vnquam fieri puto, presertim si multa edatur, tum etiam nauseam & vomitionem irritat. Sale condienda, vt promptius per inferna secedat. De iecore admiranda est Pythagoricorum opinio. Asserunt enim hoc viscus ex densa soliditate, & lucida pariter lenitate sic esse attemperatum, vt instar speculi, accipiat, reddatq; imagines rerum. Et hoc ipso inferos superosq; tam delectari, qui futurorum simulachra huic speculo inscribant. Quę huiusmodi infusæ notę speculantibus de postulato iudicium insinuant. Literis testatum inuenio, cum Tarentum venisset Sylla, atq; ibi sacrificasset, in capite vitulini iecoris similitudinem coronę aureæ conspexit. Tūc Posthumius aruspex ille respondit præclaram ei victoriam significari, iussitq; vt extis illis solus vesceretur. Postea ab interuallo paruo seruus cuiusdam Lucij Pontij vaticinādo clamauit: A Bellona nuncius venio, victoria tua est Sylla. Crasso succo & difficulter cōcoquibili constat, obstructiones parit, & renibus officit. Primam meretur laudem, quod Greci appellāt Sycoti, cum animal ipsum dies aliquot ante mactationem caricis saginatur, quam potissimum curā suibus impendunt. Capras tradunt non minus noctu quam interdiu cernere, quocirca iecur caprinum, si edatur, vt spertinā aciem his restituit, quos Nictilopas vocant. Iecur apri recens si arefactum fuerit, tritum ex vino contra serpentium morsus auxilio est. Lien, quoniam sedes est atræ bilis, & in eo melancholicus humor stabulatur, non alienum est huius naturam in se trahere, quam iterum deponit, atq; transfundit in sanguinem nostrum manducatus. Pecudis lien recens magorum

Medulla.

Iecur.

Lien.

præcepto super dolentem lienem extenditur, dicēte eo, qui medetur, lieni se remedium facere. Pulmo quanto cęteris visceribus mollior, ac rarior est, tanto accommodatior subijcitur concoctioni. Alimentum vero prębet imbecillum & pituitosum. Vulpinus si sale inueteratus bibitur, suspiriosis auxiliatur. Hagninus & Suillus pedum attritiones ex calceis sanare creduntur. Ebrietatem arcet pecudū. Pulmo assus & pręassumptus, Cordis substantia fibrosa est, dura, incoctilis, si tamen in ventriculo perdomatur, succum exhibet nō omnino recusandum. Hinuli corculum intra parentis vterum enecti aduersus venena mirificum pręsidium scribunt. Animalium ventres ingens negocium stomacho facessunt, atq; ęgre conficiuntur. Quod si inculpatam concoctionem etiā assequantur, chymum tamen dabunt frigidum & crudū. Volatilium intestina edendo nō sunt, exceptis his, quę propter carneam ipsorum substantiam succulenta existūt. Anserum enim ventriculi & gallinarum altilium non solum alunt, sed quadam quoq; suauitate blandiūtur. Membranula, quę gallinacei ventriculo interior detrahitur, siccata primū, mox trita cibum non cōtinentibus vtiliter assumitur. Pectoris quoque distillationes & humidam tussim recens tosta sanat. Anserinum iecur certum est pabulo lacte consperso probe saginari, & in miram amplitudinem proficere. Ipsum quoq; exceptum lacte & mulso inturgescere aiunt. Martialis habet:

Pulmo.

Cor.

Ventres animalium.

De volatiliū partibus.

Anserum ventriculi.

Iecur.

Aspice quam tumeat magno iecur Ansere maius
Miratus dices, hoc rogo, creuit vbi.

Neque hoc ingenio moles ipsa tantum augetur, sed & iucūdissimus sapor conciliatur, & optimi alimenti efficitur, deiectu minime difficilis, nec operosę concoctionis. His Heliogabalus suos canes pauisse fertur, Gallinaceo generi quædā caruncula iuxta fellis techam agnascitur (matelief ken) dulcoris & bonitatis prerogatiua commendabilis. Anserculorum scite nutritorum alæ, atque his magis gallinarum alituræ cōmodissimæ sunt. Neq; id latere debet anseris linguam in potu sumptam mulieribus tentiginem acuere, Gallinaceorum cristas & palearia non est (authore Galeno) quod laudes aut damnes. Messallinum Cottam filium Messallę oratoris palmas anserinorum pedum torrere & patinis condire, cū galli

Anseris lingua.

naceorum cristis cœpisse ferũt. Heliogabalus cristas viuis gallinaceis demptas, pauonum linguas & lusciniarum esitabat, quod tutus diceretur a comitiali, qui his vteretur. Gallinæ guttur combustum ex aqua tepida ad resolutionem musculi ambientis ceruicem vesicę datur. Phalangiorum quoq; morsibus gallinaceorum cerebrum cum modico piperis in posca sumptum auxiliatur. Horum preterea altiliũ testes, & potissimum priusquam fœminas comprimant, facillime cõficiuntur, imbecillis celeri, bonoq; nutrimẽto indigentibus eximie conducunt. Qui si offulis seroso lacte paratis opimãtur, omne punctum auferunt, ceu qui miscẽt vtile dulci. Volantium cerebella, quia duriuscula sunt, pedestrium cerebris salubriora existimantur. Deinde quę montiũ iuga incolunt, aut in arboribus celsis, seu in fruticibus ac dumis nidulantur, id viscus obtinent præstantius, q̃ circa paludes, lacus, fluminumq; ripas, ac littora maris degentes. Medulla in auibus exigui & modici alimenti censetur, minus tamen q̃ gressiliũ conturbat stomachum. Gruinã cũ felle memorię tradunt officere. Gallorũ ossa exucta veternum inducere. Perdicis medullam arquatos iuuare. Vitellius cum iam famosissima cœna a fratre exceptus esset, eam exuperauit dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem, clypeum Mineruę dictitabat. In hac scarorum iocinora, fasianorũ & pauonũ cerebra, linguas phœnicopterũ, murenarum lactes a carpathio vsq; fretoq; Hispanię per nauarchos ac triremes petitarũ commiscuit, homo profundę, intempestiuę ac sordidę gulę. In cœna fratris duo milia lectissimorum piscium & septẽ auium erant apposita. Omnium porro rerum, quas cibi causa accipimus, maxime alibile est lac: quare & ab imbecillitate se recolligentibus apte bibitur. Ast permagnum discrimẽ in eo deprehenditur, aut animalis ratione in quo desumitur, aut temporis, aut pascuæ. Lacti suus quidam inest sapor, & is peculiaris, vt nec verbis satis idoneis explicari queat: siquidẽ inest ei dulce, pingue, suaue, & leuitas substantiæ gratiã quãdam superaddit. Ouillum, quia dulcius, crassius, pinguius q̃cq; est, ideo magis alit, sed nõ tantopere vtile. Offendit enim stomachum & renes, si qui calculo obnoxij existunt. Iecur item obstruit ijs, si qui huic iniurię de facili succumbunt. Bubulum

Cerebella volantium.

Medulla.

De lacte.

Ouillum lac.

Bubulum.

lum,equinum,asininum,aluum magis turbant,ac soluunt; nempe seri plusculum habent:quo quod largius habundat, etiam si frequenter assumas,minimum periculi adducit. Inter exempla conscribuntur, qui asininum bibendo liberati sunt a podagra,chiragrave. Hoc quoque mulierum cutem candefacere existimatum. Popea Domitij Neronis cōiunx quingentas secū foetas per omnia trahens, balnearū solio totum corpus illo lacte macerabat, cutem extendi credens,ac venustā speciem cōciliari. Secūdum anni decursum, omne vernū aquatius est æstiuo:sed tēporis progressu incrassescit, & sensim ad eam crassitudinem peruenit,vt penitus deficiat Ex pascuo naturā lactis variari nemo nō intelligit:quare nec caprillum eam laudem apud nos meretur,neque tantam expectationem implet, quanta prędicatione a multis celebratur. Capræ cum astringente pabulo vescuntur,quercu,lentisco,olea,terebintho,tum earum lac ob hanc causam stomacho commodissimum est, & pulmonum exulcerationibus opitulatur,neque aluum tentat. In Ponto fluuius Astaces irrigat campos,in quibus pastę equę nigro lacte incolas alūt. Arcades pro medicamento,quod ventrem purget, lac sorbere consueuerunt,& maxime vernū,cū huiusmodi herbarū succi,quibus Arcadia scatet,in suo vigore consistant. Qualis profecto graminum succus est, & qua facultate pollent, tali prędıtum euadit lac. Bubulum quidē bibunt,quod bos inter animantes diuersa pascere, & multiplici herbarum genere delectari videatur. Hippocrates ait: Lac dare caput dolentibus malum, malum vero & febricitantibus,& quibus ilia suspensa murmurant,& siticulosis. Malum autem & quibus in febribus acutis biliosæ sunt vacuationes, & quibus sanguinis multi deiectio facta est. Conuenit autem tabidis, qui non valde multum febricitant, & in febribus longis,& paruis,si nullum ex supradictis signis affuerit,& preter rationē consumptis. Siquidē bene concoquatur, probissime nutrit,& optatos humores gignit. Sed in ventriculo feruido facile in fuligines rapitur,in frigescente protinus acescit, & obstructiones parit ijs,qui huic iniurię per venarū angustias celerius patēt. Et quia casei modo prōptissime assumptū coit, tantū mellis aut saccari adijciēdū,vt citra stomachi euersionē

Asininum.

Caprillum.

Quibus non cōducat lac.

dulcoratum sentiatur. Similiter & salem ea mensura admisce bimus, quæ gustum non torqueat, vt commodius ad intesti na secedat: quin & aquam affundere securius fuerit, & ad ignem in nitida, tersaq; aulula concoquere: decoctum omne minus mouet, turbatq; ventrem, & magis adstringit, quod marinis ignitis calculis liquidioris humoris substantiã amisit. Cęterum assiduus lactis vsus tabidos dentes efficit, & obnoxios erosioni, gingiuas vero humẽtes & flaccidas reddit: Quare ab assumpto lacte (Galenus inquit) os vino diluto colluere expediet, & si mel quoq; adieceris melius erit. Ita nã q; si quid caseosum dentium interstitijs, gingiuisque infarctũ obhęsit, abstergetur. Imo si cuipiam tam robustum sit caput vt vini meri collutione non offendatʳ, rectius is & dentibus & gingiuis citra aquam consuluerit, verum & admistũ mel misturam ex vtroque commodiorem facit. Illud vero dentium incolumitati tutissimum aduersus lactis iniurias fuerit præsidium, si quis mox ab assumpto cum melicrato, deinde astringente vino os colluat. Nouisse præterea oportet multam & repentinam strangulationem inducere lac, cui admixtum est coagulum, quod ante concretionem potatur: nimirum in ventriculo coactum, & in grumos addensatum internos meatus obstipat. Obstipatio, quando spiritus calorq; naturę non difflantur, præfocationem gignit. Colostram pestilentem esse, tam est multorum literis decantatum, vt meis tibijs ad hanc proscribendam nõ sit opus. Qui ex lacte distringitur cremor, epulum est principibus fœminis, si quod aliud longe gratissimum. Estur cum Sirius ardens, torrentes flammas cœli de vertice mittit. In monumenta relatum Plinius narrat lacte & sanguine pluisse. M. Acilio, C. Portio Cos. & sæpe alias carne. Lactis hydor, serum dicimus, intestina subluit, & præter omnem vellicationem choleram & pręsertim atram egregie detrahit. Cui si mustei & recentis rosarum succi vncia adijciatur, mirifice faciet ad lepram, papularum eruptiones, pruritũ & scabiem, & morbos omneis, qui ex bile aut salsa pituita inoriri solent. Caseus aut ex ætate, aut substantia, aut gustabili qualitate discrimen habet. Omnis ex senectute & vetustate acris fit, & salsus & omnino calidior, vrentiorq; efficitur: quare & concoctu rebellior, succo deterior, & ad

Lactis vsus tabidos dentes facit.

Colostra.

Lactis cremor seu pingue.

Serũ lactis.

Caseus.

& ad procreandam oppilationem in iecore,renibus,liene promptior. Nutrit recens,& stomacho vtilis est,facile confi citur,propere digeritur,aluũ lenit, ac mollit,corpus implet, & hęc ad superiorem collatus præstat. Substantiam deinde æqualem esse conuenit,adeoq; mediam inter mollem & du rum,rarum & densum,glutinosum & friabilem. Mollis ta men duro,rarus valde denso, glutinosus admodum friabili præstiterit. Gustu optimum iudicato,qui nullam vehemen tem qualitatem obtineat. Suauis insuauem antecellit,& mo dice salitus permultũ,aut nihil salis habentem:ex ructu quo que cognouisse haud alienũ fuerit. Cuius enim qualitas pau latim emoritur,innocentior iudicatur, cuius vero ad longũ tempus in stomacho viuit,minime probandus. Id quoq; ad reliquos cibos si referatur,absurdum non erit: quippe quod concoquitur (modo proba futura est concoctio) necessum est,vt omnes eius qualitates citra negocium exolescant,nec efflatus spiritus nidorem eius multo post reiectet. Illud fer me exciderat(nec erat in eo insignis peccati metus)quando quidem vel me tacente,nemo ignorat,ex laudatissimo lacte (modo artifice manu non frustretur)laudatissimum caseum confici. Postremus editur, vt in fundum cibationem depri mat. Zoroastem tradunt in desertis solo caseo annos viginti vixisse,ita temperato vt vetustatem non sentiret. Non vetu stescit,neq; a muribus arroditur,si mustelę cerebrum coagu lo addatur,aut subinde aceto e thymo maceretur. Casei op pido quam porosi & terrestris,si portionem bulliẽti vino in ieceris:mox huius frigiditati commixtus feruor,mirum quã placidus,idq; e uestigio resederit. Butyrum lactis spuma,se ro concretior est. E bubulo plurimum,ex ouillo pinguissi mum. Confit in pręlongis vasis sub ipso ore angustioribus, continuo impulsu & iactatu crebro, affunditur aquæ non nihil,vt commodius discernatur. Omne natura oleosum est eoq; in obsonijs & dulciarijs condiendis pro seuo,oleoq; v timur. Si nouum sit,clementer aluum citat, thoracem lenit, excreationes promouet,nec inepte nutrit, ante alios cibos manducãdum. Cum veterescit,virosum efficitur,stomacho aduersatur,sanguinem corrumpit. Infantiũ dentitiones ad iuuat butyrum,admixto melle:& gingiuarum prurituі con

Innocentiora sunt,quorum qualitates mox moriun tur.

Zoroastes

Butyrum.

fert, si eo confricentur. Oua aut ab ipsa substãtia æstimantur, & sunt gallinarum ac phasianorum præstantissima. Anserũ autem deteriora, proprietate tamen insigni commendantur, quasi promptum, elegansq; ingeniũ efficiant, si crebro quis vtatur cum butyro & melle. Neque parum refert, oua recentia ne sint, an vetera, illa enim suauissimum succum prębent, & omnino euchyma prædicantur, hæc (requieta appellant) citra noxam non eduntur. Indicijs quibusdam depręhendũtur. Ad lumen enim si sustuleris, quod perlucet, id esse obinane ac vetus constat. In aqua quoque positum, si fluitat, nouuum non est. Qui ea diutius incontaminata asseruare volunt, sale minuto confricant, aut in muria tres, quatuorve horulas sinunt, post abluta condunt in furfures, aut acus. Permultum præterea interest, qua ratione coquinentur. Alia enim sorbilia dicuntur, quæ concepto tantum ignis calore, necdum densari incipiunt, sed liquida adhuc calent potius, quam cocta sint. Nutrimentum tenuius gignunt, celerius delabuntur, gutturis scabriciem leuigant, & renum, vesicęq; morbis auxiliantur. Mollia vero appellantur, cum vlteriore coctura spissantur, sed intra mediocritatem consistentia non penitus indurescunt. Hæc vberius quidem alunt, nec tam propere demeant. Cæterum in eam duritiem quæ perueniunt, vt oris subactione, dentiumq; incubitu egeant, dura vocantur, & difficilis concoctionis sunt, ac tarde suffugiunt. In feruidis cineribus cum perassantur, celebres medici salubribus epulis non annumerant, hisq; deteriora pronunciãt, quæ in sartagine ad crassitiem vsque friguntur. Quorum calculis damnantur & strues illę ex larido, & perfusis ouis, ex cępulis, ex herbulis, ex pisciculis, concinnatæ. Sed regio, ætas, consuetudo, fames, labor omnia domant. Illud quoq; attingam, nonnullum dissidium videri inter Aristotelẽ & Columellam, hic enim libro. 9. capite. 5. sic habet: Cũ volet quis q̃ plurimos mares excludi, lõgissima quęq; & acutissima subijciet, rursus cum fœminas, q̃ rotundissima. Ille ait libro. 6. de animaliũ historia, quæ oblonga sunt oua & fastigio cacuminata fœminã ędunt: quæ aũt rotundiora sunt, & parte sui acutiore obtusa orbiculum habent, marem gignunt: qui volet, ex obseruatione depręhendere licebit. Horatius inquit:

Longa

Oua.

Indicia de ouis.

Inter Aristotelem & Columellã videtur dissidium.

Longa quibus facies erit ouis, illa memento
Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis
Ponere, namque marem cohibent callosa vitellum.

A piscibus Pythagoras Samius abstinere iussit. Cuius praecepti duplicem causam conatus est reddere Plutarchus, Partim quod res cum iniustitia videretur cōiuncta persequi, occidere, vorare animal, quod ipsa natura innocentissimum sit, neque vllo pacto lędat hominem, nec lędere possit. Deinde quod non ad necessitatem, sed ad luxum, & superuacaneam & intempestiuam gulę voluptatē pertineat pisciū esus. His nisi vanum, absonumque iudices, & hanc coniecturā subijcere licebit. Quod memorię officiant pisces, cuius Pythagoras cūprimis studiosus erat. Nimia enim humiditate prędititi, quicquid alunt, inconstans, lubricum, vndosum reddūt: quale cum existit cerebrum, constat, quas imagines, formulasque rerum suscepit, minus fideliter asseruare. Nimirum dilabentibus his, ad eius substantiae fluorem, in qua veluti promo ac condo collocantur, vt nouum videri nō debeat, quod idē Pythagoras vetans esum piscium, synapis vsum tantopere laudauerit, quippe quod sua vi sursum erumpens calefaceret, purgaret, assiccaret domicilium illud, in quo memoria nostrae mentis primaria virtus consisteret. Hęc enim sola iucundam commodamque eorum vsuram praestat, quae assequi & aerumnoso studio didicisse contigit. Nobis profecto in mensam quotidie veniunt, & in cibum minime aspernabilem apparantur. De his nunc institutum postulat, vt sermo deinceps procurrat, quibus plurifariam indita nomina comperio. Aliquando ab animalium terrestrium similitudine appellantur, ceu vitulus, scorpius, anguilla. Nonnunquam ab auium congruentia, vt passer, hyrundo. Saepe ab aliquo inanimato, veluti a testa testudo, ab acu acus. Interdum a colore, vt aurata a colore auri, & mullus a colore calceorum, quibus primo Albani reges, postea Patricij vsi sunt. Iam ab ingenij similitudine nonnunquam nomen trahunt, vt canes a morsu, quo vrinantes infestant, & lupi a voracitate. Plaerunque etiam a figura, vt Solea, quae crepidae assimilis est, & Rhombus commendatus patinis a solea & passere situ tantum corporis differens.

De piscibus.

Pisces officiunt memorię

Piscibus plurifariā indita nomina.

differens. Quandoque ab effectu, vt Torpedo, quod torpe-faciat. Squatina ob asperitatem & squalorem cutis, qua poliuntur ligna. Non raro a vitæ consuetudine, vt pelamides a luto in quo versantur. Et ab ipsorum specie, vt nautilus, q̄ nauigantium speciem præbeat. A pedum multitudine, vt polypus. Est etiam cum nominis & appellationis nullam rationem queas reddere, vt Torsio piscis. Omnium porro caro pręhumida est, mollis, & alimentum prębet prę eo, quod ex carnibus gignitur tenue, & cito dissipabile. Differentia tamen non exigua est ex ipsis locis, in quibus degunt, neq; minor ex ipsorum pastura. Aristoteles inquit: Pręstant pelagicis littorales, quippe qui cibo meliore & copiosiore potiantur. Qua enim sol ingruit, & suę lucis viuificis radijs penetrat, plura suppullulant. Tum etiam bene temperata ex calido & frigido terrena maris loca existūt: quo fit, vt horum caro magis coacta constet. Pelagiorum magis fluxa reperiatur. Haud parum ad hæc conducet, ipsum si littus fuerit saxosum, asperum, seu arenosum. Non contemnendi tamen, qui in præalto mari spatiantur. Cuiq; enim animāti siue terrestri, siue aquatili ad succi probitatem magnopere conferunt peculiaria exercitia. Exercentur autem non mediocriter, qui in freto assiduis flatibus, & tempestuosis procellis exagitato vi ctitant: imo quanto magis attollitur, & crebrioribus ictibus flagellatur, tanto quoque purius efficitur. Ex silente quidē & tranquillo, salsisq; stagnis minime commendabiles extrahuntur. Neque aliter de his, qui in fluuijs, dulciq; aqua mansitant, iudicandum sentio. Quæ ex ipsorum pastura differentia perpenditur, sanitatis studioso negligenda non est. Limosa regio prostratum educat piscem veluti soleam, rhombū, passerem, atque eadem conchilijs, ostreisq; commodissima est. Arenosi gurgites nec pessime planos, sed pelagios melius pascunt, vt Auratam, Dentices. Petrosum vero mare sui nominis pisces optime nutrit: qui quoniam in saxis stabulātur, saxatiles dicti sunt, vt Merula, Turdi. In fluuijs ac dulcibus vndis consentaneum est eos aptiores esse, quibus herbarum & radicū copia suppetit. Qui in stagnis nullo ęstu profluentibus, aut in populosarum vrbium fluminibus, in quæ hominum retrimenta & omnis immundicies congeruntur, impuris

Piscium caro pręhumida est.

Pisciū ex pastura differentia.

impuris escis victitant, omnium profecto pessimi sunt. Quod & eo argumento perspicue cognosces, si huius generis mortuos asserues, illico imputrescent, & odorem abhominabilem spirabunt: quin & gustum si mensæ inferantur, inamabili qualitate perstringent. M. Philippus Cassini cum apud hospitem cœnaret, appositumque e vicino flumine lupum degustasset, atque expuisset, improbum factũ luxurioso dicto prosequutus. Peream, inquit, nisi piscem putaui. Discrimen qua temporis parte aut prospere, contrave exigant, & in cibum præstantiores capiuntur, sic habet. Cum impleri coitu incipiunt, boni fere omnes, sed procedente vtero, alij prę ualent, alij nullam laudem merentur. Alec vtero grauis meliorescit, fœminæ forma est rotundior: mari porrectior, & latior. Cornulus etiam vtero ferẽs collaudatur. Mugiles vero & lupus & reliqui fere omnes squama intecti, cum ferunt, deteriores existunt. Fluuiatiles & lacustres post partum & genitalis seminis emissionem optimi comperiuntur. Aetate quoque viciantur, & maxime senectute. Thynni quidem ad rem salsamentariam omnino inutiles sunt, vbi senuerint. Declaratur eorum senectus duritie & magnitudine squamarum. Marinarum beluarum caro excrementitia est, grauis & redundãs concoqui rebellis, copiam crudorum humorum in venis efficit, quare gignendis morbis aptissima. Prouerbiũ est: Nullus malus magnus piscis. Sed Telegorę auaro donasse præstiterit, quam luctificum cibum vorasse. Ex omnibus piscibus, quos vel fretum, vel amnes submittunt, nullus Sturione procerior & saporis commendatione gratior. Exquisitum conuiuium, opiparum, lautumque negatur, in quo non conspiciuntur hoc pisce saturatæ patinæ. Illorum controuersias hoc loco discutere non habeo, qui anxij persequuntur, quo nomine Romano olim sit appellatus. Semper & terrarum vbique maximum precium summamque dignitatem obtinuisse in confesso est. Eius tamen caro, si iuste expendatur, non admodum tenera est, & stomachum fortem, validũque ad sui exactam concoctionem desyderat. Multo quoque pinguedinis mucore cõferta mandendi cupiditatem minuit, vti & cætera, quæ pinguia & glutinosa cibaria sunt, primo esu protinus nos explent atque obsaturant, qui palati, gustusque deli-

M. Philippus Cassinus

Pisces quo tẽpore salubriores.

Marinę belug noxiæ.

Sturio

catioris existunt, iuuenculos(Porcelletas appellitant)refutatis maioribus,consectantur. Maria hunc gignunt,sed nobilitant flumina,& dulcium aquarũ haustu pinguescit. Thynnos præcipua magnitudine Plinius narrat,& inuentum pependisse.15.talenta, eiusdem caudæ latitudinem duo cubita & palmum implesse.Gregatim vagantur, eorum captura est a Vergiliarum exortu ad arcturi occasum,reliquo hyberno tempore in imis gurgitibus latitant, nisi tepore aliquo, aut adultæ lunæ fulgore extracti prodeant.Primus ab ipso ouo fœtus Cordyla appellatur: qui mox a luto Pelamides incipiunt vocari, & cum annum excesserunt, Thynni dicuntur, vita his longissima biennio, nisi & rursus nomen mutent. Membratim cæsi,ceruice & abdomine commendantur. Sed hæ partes sua pinguedine palato blandiuntur, ita ventriculo languidiori inimicæ sunt.Reliqua pulpa cæsis quernis assulis simillima sale asseruatur: quæ caudæ proxima sunt,ob nimiam ariditatem minus delectant. Et consueuit hæc salsura,multa aggenerata bile sanguinem incendere, iecurq; adurere. His vero,qui stomachum habent pituitosum, siccando, & detrahendo auxiliantur: paruum est animalculum scorpij effigie, & aranei magnitudine, quo sub pinnis Thynno aculeum infigente, præ dolore concitatus, naues sæpenumero transilit, & tum veluti noxius mensis damnatur.Psilotrum est Thynni sanguis,fel,iecur,siue recentia,siue seruata. Xiphia, quem Plinius gladium, alij spatham nominant, prægrandis est piscis. A rostro ad miraculum vsque instructus osseo telo in speciem prælongi ensis, aut potius instar vaginæ, in qua reconditur ensis fabrefacto, sed in vulnificum mucronem exasperatur. Hoc Thynnos, hoc Cetos toto mari infestus persequitur,hoc Telegonus Vlyssis ex Circe filius patrem suum confodit.In Oceano indico in tam vastam magnitudinem augentur, vt firmissimis rostris Lusitanarum nauium latera ad sesquipalmum aliquando perforarint.Imo ab hoc perfossas mergi ad locum Mauritaniæ,qui Cotta vocatur non procul Lixo flumine in literis decantatur. Natatione celerrimus est,& suis illis pinnis quas multas validasque explicat, violentum incubitum adfert, vnam a ceruice habet,a branchijs

Thynni.

Gladius.

chijs binas, ab aliquanto interstitio rursus geminas, atque iterum duas, vbi gracilescens desinit, vnam supina, alteram prona parte: caudam erectam tenet in figuram lunæ corniculatim illustris, hanc, qua primum prodit, callosum quiddam ex vtraque parte ceu fulcrum ac stabilimentum complectitur, quasi eam corpori compingant. Tergore est glabro ac furuo, ventre candido. Circa ortum caniculæ (quod & Thynnis accidere diximus) ab animante parua infestantur, aculeum sub pinnis insigente, vt dolore perciti in naues nonnunquam exiliant. Ad salsuram idonei sunt neque ingrati pulpa recenti. Cum Dius Adolphus a Burgundia, dominus Beueriensis, Verianus &c. dissipatos aggeres in Duuelandia aduersus vortices, & insanos fluctus rabidi maris restauraret, Huius celsitudini piscatores de Brouvvershauene (quæ ciuitas ad domini quoque ditionem pertinet) Xiphiam obtulerunt captum in Britannico mari. Cuius effigiem clarissimus heros expressam ligno, in ambulacro arcis suæ Sandenburgensis aspectandam suspendi curauit. Mugilum natura, inquit Plinius, ridetur in metu, siquidem abscondito capite se totos occultari credunt, velocitate sunt eximia, vt videri possint sagittæ arcu excussæ. Mira quoque in his salacitas conspicitur. Coitus enim tempore e viuarijs marem a branchijs per os prælonga linea religatum dimittunt in mare, & mox eadem linea fœminis comitatiorem ad littus retrahunt, parturientes rursus fœminas sequuntur mares. Gustus, nisi palatum prorsus stupeat, mandenti præstantiorem indicat: quippe cuius caro acrimoniam re[illegible] citra pinguedinem, salubrior est. Contra saporis fatui & pinguis, tum cibo deterior, & concoctu difficilior existit. Mugil & lupus mutuo odio flagrare creduntur. Huic lupo mirum ingenium ad effugienda pericula inest. Cum retibus circundatur, arenas cauda euertit, atque ita reconditus sublerlabitur. In hamo fortassis si obhæsit, tumultuoso discursu vulnera laxat, donec insidiæ excidant. Sunt qui hunc piscem Lucium dicant & ex mari subire amnes. Nos de Lucio secretum caput subiungemus, quem maria nunquam intrare manifestissimum est. De Lupo pelagio

Dius Adolphus a Burgundia dñs Beueriẽsis.

Mugiles.

Lupus.

præsens erit sermo: qui an dulces aquas appetat, compertũ non habeo. Multorum tamen testimonio in literis & eruditione principum flumina subire dicitur, & a lana, mollitiaq; carnis lanatum appellari contendunt, & in Tyberi inter duos pontes captum primas mereri. Hic ne sit, quem nos iam tractamus, accuratius expendatur. Certum est & hunc in hamo captum tumultuari, quod piscatores liquido deprehendunt, lineam manu continentes: alij vero pisces ad eum modum neutiq̃ discursant, vernacula appellant zeevvolf: egregie dentatus est, vt eum voracem liqueat esse, maculata cute minime squameus, capite breui, in tres pedes extentus, alba carne, sed glutinosiore, grati saporis, non mouens fastidium, sed ad sui esum inuitans, nec minus afficit conspersus sale, & pre multis alijs loco delicatioris obsonij ducitur. Auratam que Chrysophris a Grecis appellatur, veteres magno in precio habuerunt, sed eam maxime, quæ Lucrinis stagnis illata concharum pabulo pinguesceret. Martialis inquit:

Aurata

Non omnis laudem, preciumq; Aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

Aestate raro, hyeme frequenter capiuntur, in medijs sese feruoribus abdunt. Inter cæteros pisces saporis & salubritatis commendatione extolluntur, vt egris quoq; pro commodiore victu concedantur, aduersus venenatum mel auxilio est, Aurata in cibo. Capo littoribus nostris (nisi fallor) familiaris, notusq; satis existit. Caput habet pregrande, quadratum ossilentum, & nullis vestitum pulpis, oculi rigentes, extenta supercilia, & quod Paulus Iouius ait: os languidum, minuti dentes, sub mento oblonge ac rubentes ad impexe barbæ similitudinem pinnæ, reliquo corporis filo rotundus est & teres, decrescit in caudam equaliter extenuatus, ventrem habet valde candidum, sed puniceo colore variegatũ, dorsum flauescit. Hunc piscem patrio sermone dicimus eẽ zeehaen, albis est & solidis pulpis, grati saporis, & succi non aspernabilis. Mullus Romanis, Trigla Grecis, Zelandis harder (nisi fallor) nuncupatur: omnium ferme aliorum durissimã carnem habet, maximeq; friabilem, qua ratione & præstantius nutrit, si probe conficitur. Huius iecur, caputq; mirũ in modum a gulæ proceribus expetuntur. Ipsum quidem viscus

Capo.

Mullus

gareleo cũ pauxillo vini tantisper disterunt, donec vnus succus videatur, & in hoc intincta Mulli pulpa vescuntur, quare & grandissimos prę minoribus, qui tamen salubriores existunt, magno ære emptitant. Licinius Mutianus. 80. librarũ in mari rubro captũ prodidit. Oculis officere Aegineta scribit, neruis Plinius. Contra veneficium muliebris menstrui, contra Pastinacam, terrestres Scorpios, marinosq;, cõtra dracones & Phalangia auxiliat̃ illitus, sumptusve in cibo. Eiusdem recentis e capite cinis cõtra omnia venena, & priuatim contra fungos celebratur. Nunc & in vino necatus, ijs, qui inde biberint, vini odium affert. Asellus, quem populari lingua appellari puto, een cabeliau, capite est lato, ore permultum denticulato atq; patulo, squamę exiles, & vergentes ad cinereum colorem: vnde nomen traxit instar asininæ pellis, corpore procero, in medijs feruoribus latitat. Duo genera feruntur, Callarię minores, & Bacchi, qui nõ nisi in alto capiũtur. Boni admodum succi sunt, & belle nutriunt, & commẽdatiores si ad duas, tresve horulas tenui sale conspergantur: qui in capite plena luna lapilli inueniuntur, adalligati in linteolo circuitus febrium tollunt. Laccia apud diuersas nationes diuersa nomina sortitur, quod & cæteris piscibus cõmune est. Subtilissimis squamis contegitur, & argenteo fulgore conspicuus lucet, pulpæ ruffescunt, & earũ teneritudo multa est, sapore mirifice blandiuntur, vulgo een elft. Appetente vere ex ipso mari Mosam Hollandiæ amnem subeunt, sed tum macilentæ ac strigosæ, & inamabiles depręhenduntur, mox dierum aliquot serie dulcibus in vndis plurimum pinguescunt, & delicatissimi efficiuntur. Iterum ex diuturniore mora (quod & reliquis ex freto in flumina cõmeantibus accidit) carnes earum pluribus ac molestis spinulis impediuntur, vt illarum tœdio atq; etiã periculo rarius inferantur con uiuijs, in maria rursus incipiente æstate recurrunt, vberrime nutriunt, sed caput tentare, & sitim inducere existimantur. Scombri exiles sunt, & oblongi sulphureo colore, pręsertim cũ in aquis vagantur conspicui, vere proficiunt, & succo nõ admodum prauo censentur. Non habeo, quo vernaculo nomine appellem, nisi is sit, macreel. Boca dorsum picturatum habet, pręgrandes oculos, fœcundissima est, gregatim capitur, om-

Asellus. Laccia. Scombri. Boca.

tur omnibus littoribus notus:hũc bolck baptiso. Euchimus est ac minime redundans, facile conficitur, neque diutius in stomacho obhæret. Menulę subfuruas obtinent zonas, quibus toto corpore squamosę & argenteę distingũtur. Gustu supra modum iucundi sunt, optimi alimenti, nullum negocium facessunt ventriculo, conueniunt imbecillis, valetudinarijs, & senibus. Sunt ij, pro mea opinione (quam nec in alijs nemini preiudicasse volo) houttrinck. Thrachina carne est duriuscula, friabili, minusq; glutinosa, pulchre alit, sed tarde demeat. Infestam spinam in ceruicibus habet, ac binas quidem alias a branchijs acutissimas, oblongus est, & tenuis & in vẽtrem falcatus. Cuius latera variegantur multis & obliquis lineis ad ceruleum colorem inclinantibus, vrouvve visch, seu pietermannekens. Apud nos pisciculus præcipuę nobilitatis capitur, quem non licet silentio pręterire, Molitorem nominant, ob cuticulam puto concolorem vestibus eorum, q frumentarijs molis inseruiunt. Sed quo veteri Romano nomine donem incertus sum: sesquipalmum non excedit, nisi in aliam speciem, cum grandescunt, transire, aliudq; vocabulum sortiri dicamus. Non desunt qui grandiores (idq; verisimile est) Bocas fieri astruant. Cibus est leuissimus, optimum sanguinem gignens, sed tenuem, facile dissipabilem, nihil onerat, febriẽtibus vtilissimus. Gobio squameus est piscis ex eorum numero, qui parui perpetuo manent, variã habet cutem & lubricam: pingui teneritudine delicatus est, & suauis simulq; confici promptus, & nutrimentum eius celeriter distribuitur, si in arenosis littoribus viuit. At q in ostijs fluuiorum aut stagnis, aut ęstuarijs natat, non perinde sapidus est, nec laudati succi. Martialis ait:

Menulæ. Thrachina Molitor Gobio.

In Venetis sint lauta licet conuiuia terris
 Principium cœnæ Gobius esse solet.

Citula. Rhombus.

Citula nõ ex prostratis est, vt Paulus Iouius opinatur, cum neque latus, neq; planus sit, nec iterum omnino teres, sed ambigere videtur. Dorsum habet aculeatum, caput extentũ, os latum, corpus breue, raro prodit in piscarium forum. Istricẽ equoream dicũt, Chimi non est admodum praui, si bene cõficiatur. Rhombus ex cubantium classe describitur, eiusque aliquot genera feruntur, Chalcis, Citharus, Soasus. Dissident

tamen

tamen eruditiores in ipsa nomenclatura, neq; satis conueniunt, alijs Chalcitem inter fluuiatiles pisces referentibus, alijs Citharum de Rhomborum genere negantibus. nos ad instituti metam properamus, vt non vacet, cum enixiorem operam flagitet, tantas lites composuisse: hunc nō dubito nobis vocari een bot. Cuius genera inprimis sunt, hellebot: planus latus, & expassus piscis, in mari capitur, vbi vastissimum est, & plurima iactatione vexatum, ad salsuram idoneus. Huius caput Zeelandi pro nobili edulio habent, quod Nolle nominant. Conuenit robustis, exercitatis, piscatoribus, cum allijs & synapi. Iuuenalis hunc cecinisse videtur:

Cum iam semianimum laceraret Flauius orbem
Vltimus, & caluo seruiret Roma Neroni
Incidit Adriaci spacium admirabile Rhombi
Ante domum Veneris, quam Doricha sustinet anchon,
Impleuitq; sinus.

Ex horum præterea catalogo is est, quem Tarrenbot appellamus, atque item alius, quem sine adiecto bot dicimus. Capitur Rhombus toto anno, sed tempore frigidiore salubrior & delicatior. Eorum pulpæ candidæ sunt, & presso quodã, minusq; glutinoso humore succulentę, affatim & feliciter nutriunt. Galenus in alendis conualescentibus simplici iure coquebat, copiosam aquam in æneum vas atque olei quod satis esset, cum anethi & porri pauxillo confundens, Deinde cum hæc ad dimidium cocta forent, salis tantum addebat quantum ipsum ius non efficiebat salsum. Cæterum, quibus integra sanitas esset, tostos in craticula & conspersos aceto, vel frixos cum garo, oleo & vini momento apponere solebat. Passeres ipsis Rhombis multo minores sunt. Ex colore passerculis auibus congruente nomen sortiuntur, scarrekens existimo. Euchimi sunt, boni nutrimēti, & palato accepti. Solea, quia similis soleæ, quæ pedis plantæ subijcitur. Alijs Buglossus dicitur, quod bouis linguæ effigiem imitetur, vulgari vocabulo een tonghe: piscis omnibus notus, & in lautioribus conuiuijs primas tenet. Frixa, conspergitur Acrantij mali succo, & piperis aut zyngiberis polline, facile concoquitur, nutrimentum præbet leuissimum, nihil onerat, & noxijs excrementis vacat. Raiæ, Squatinæ, & ex vtrisq;

Passeres.
Solea.
Raia.
Squatina

Squatraia. ex vtrisq; Squatraię noti sunt pisces, & plebeias crebrius, q̃ potentum patinas implent. Carnem habent fibrosam, lentã, mollem, sed sapore non insuauem, & bene alibilem, si bene conficitur. Pastinaca, Trigon, Turtur haud absimilis est raijs

Pastinaca. sed pinnas non habet, ipsa enim latitudine natat: radium obtinet pestilentem prope caudam, quo ex occulto latrocinatur ad prędam, transcursanteis pisces configens. Is radici impactus arborẽ necat, arma veneni malo vt telum vi ferri, perforat. Sed parentis naturę beneficio contra suũ ictum remedio est, cinere suo ex aceto illito, lentis quoq; genus prędicatur, quo illati vulneris acerbitas commitigatur. Preterea aduersus huius & omnium marinorum ictus, morsusq; valet coagulum leporis, vel hœdi, vel hagni, drachmę pondere ex vino Aetius quosdam narrare dicit. Si quis caudam Pastinacæ, quę intulit ictum, auferat, & in arborem, maxime quercũ suspendat ac figat, ipsam quidem arborem adarescere, percussum aũt sanari, populari lingua, een pijlsteert. Vilis admodũ cibus est, nec esculẽtus, nisi e dorso extrahatur, quicquid croco simile inest, caputq; totum. Huius iecur decoctũ in oleo, scabiem non solũ hominum, sed & quadrupedũ optime sanat. Et radius adalligatus vmbilico, fertur faciles partus facere, si viuenti ablatus sit, ipsaque denuo in mare remissa. Alec

Alec. multis piscis est, quem Aringam dicimus. Alij propriũ nulli pisciculo nomen volunt, sed latius patere, & carbonarios seu prunarios compræhendere aiunt, hoc est, eos qui in pruna aut craticula coqui possunt, nobis Aringam significabit. Aleculæ dũ recentes sunt, & branchiæ adhuc calent, rubentq;, earum pulpas ganeones cupidissime expetũt, insalubres tamen neque esui cõmodę existunt, potissimũ largo butyro cum perfunduntur. Lento enim, mucoso, ac redũdante pingui habundant, capitis dolores gignunt, febres pariunt, & tarde digeruntur. Salsuræ magis idoneæ comperiuntur, & si fumo inueterãtur alendæ familię, non imbecillis, aut quibus

Salmo. aliorum copia suppetit, conducunt. Salmo post brumam e mari fluuiorum ostia subit, & dulces ingreditur vndas, nulli non probe notus. Eius caro rufescit, mollis, tenera, ac prę lauta, sed propter multã in ea humoris pinguis copiam statim satiat, atq; explet edentem. Grauis est ventriculo, valetudinarijs offi

rijs officit, belle quidem nutrit, si apte concoquatur. Saliti natiuam gratiam amittunt. Lucium non esse lupum (quod nō pauci opinantur) superius diximus. In Hollandia & vbiq; ferme in stagnis ac lacubus frequens reperitur. In Britannia nouum nō est, ventrem illis adacto cultro aperire ad explorandam ipsorum pinguedinem, vti emptores conspecto suminis pondere inescati alliciantur, & plures mangonizatos venditent, neq; ex illato vulnere, si refutantur, aut languent, aut intereunt. Præsens medicamentum adhibent, quo plaga confestim coit. Tincas in hunc vsum propicias habent, quarū contactu ex tenaci earum illuuie, veluti agglutinatę pharmaco protinus solidantur. Nulli ignotus, & maxime gulæ proceribus commendatus, egregie alit, facile concoquitur. Quibusdam minus amabiles ob carnis quandam siccitatē. Mandibulæ testæ & in pollinem comminutę, renum atque vesicæ saxosa excrementa confringunt. Tinca in paludibus ac lacubus victitat. Quæ cū cœnosæ sunt & graui limo oppletæ, salubris esse non potest: quanto purior, & a sordibus, & inquinamentis purgatior est aqua, tanto commodior habetur, qui in ea versatur piscis. Ausonius dixit: Virides vulgi solatia Tincas. Patrio sermone louvven appellantur. Raro in mensas optimatum veniunt, nisi aromate multo, & odoratis condimentis castigentur: quandam aiunt his inesse vim ad progignendas febres: verum proscissas per dorsi longitudinē applicari audio pedū, manuūq; plantis, & esse blāda adminicula æstui commitigando. Carpiones gratissimo sunt sapore, eorum pulpę rufescunt, sed humidiusculę sunt argentea tergora varijs punctis distinguntur, non ineptū nutrimentum prębent, celeriter digeruntur. Linguam cupediuorę eximiam ducunt, & augendę Veneris facultate pollere contendunt. Congrus grandis anguillæ speciem pręfert, subalbidus est, paucum succum generat, eū etiam illaudatū. Archestratus inquit: Sit nobis glauci anterior pars, cōgri caput, ranę venter, thynni ilia, raiæ scapulæ. Acus een gerpe, rostrum habet gruinum, viridem spinam, parit vtero propter multitudinem dehiscente, secus ac cæteri pisces, a partu vulnus coalescit: humidum alimentum, neq; prauum, si ventriculus recte expediat, eius carnes largiūtur. Anguillas vbiq; omnes

Lucius. Tinca. Carpiones. Congrus. Acus. Anguillæ.

omnes vno ore proscribũt Octonis viuunt annis, durant si-
ne aqua senis diebus, exanimes solæ pisciũ non superfluitãt.
Quales si sub fimo in aceto integrę ponantur, addito sangui
ne vulturis, a paucis diebus reuiuiscũt. Lentum & glutino-
sum succum gignunt. Pulmoni, renibus, vesicæ, articulis in-
commodant. Meliores fœminæ q̃ mares. Sexus tamen diffe
rentiam temere accipiunt, non enim per coitum generãtur.
Sed ex his proreptant, quæ terrę intestina vocantur. Quod
discrimen maris ac fœminæ notant, scilicet alteram habere
caput oblongius, atq; alteram repandius, hoc non maris ac

Lampetræ.

fœminæ (authore Aristotele) sed generis discrimen est. Lam
petrę, quas non nulli Mustelas appellant a longitudine, can-
doreq; ventris, & tergoris subluteo colore, vti in quadrupe-
dibus mustelis conspicitur, martio, & aprili mensibus sua-
uissimę existunt. Durescit interior neruus, appetente ęstate,
nullo incommodo corpus afficiunt, & innoxium chimum

Pisces operti testis.

præbent. Testis operti pisces, etsi cutem habeant siccissimã,
carne tamen humidissima sunt & mucoris plena. Testa his
pro cute exputatur, siquidem Galenus ait, quo totũ cuiusq;
animalis corpus, ceu adnato quopiã vestimẽto tegitur, id cu

Ostreæ.

tis appellatur. Horũ plura genera ferũtur, ex quibus Ostreæ
inter gulæ irritamenta non postremũ locũ vendicant. Quæ
vt & cætera conchylia lunari potestate augentur, vel minu-
untur. Toto enim sydere phœbeis radijs illustrato succulen-
tiores comperiuntur, contra exolescente lumine macrescũt.
In æstatis quoq; initio, atq; vbi sol in vada penetrat lacte mul
to pregnanteis conspicamur, opacitas incrementum prohi-
bet. Dulcibus gaudẽt aquis & pluuijs, & vbi plurimi influ-
unt amnes, meliorescunt. Quibus temporibus æstus est ve-
hemens, & siccitas multa, damnantur. Peregrinatione profi-
ciunt, & in nouas sedes transferri cupiunt. Spondylus esto
breuis, modice carnosus, nec multis fibris laciniosus, has ta-
mẽ si purpureus crinis ambiat, prestantiores existimãtur. Sal
sum in molli carne succũ continẽt, quare & aluum efficacius
subducũt, & imbecillius nutrimentũ prębent. Citra cocturã
esse licet, stomachũ mirifice recreãt, fastidijs medẽtur, tentigi

Chamarum duo genera.

nẽ & Venereę voluptatis ardorẽ accendũt. Chamarum duo
genera reddũtur. Trachea, hoc est, asperę & striatę (Hanecox

nuncupã

nuncupantur)dura & subrubra carne,elixari flagitant, difficulter cõcoquuntur, sed firmioris sunt nutrimenti, crassum succũ gignunt. Quod si quis crebro his vtatur,bonã valetudinẽ labefactãt,rarior vsus nihil officit. Imo quibus in vẽtriculo cibi celeriter corrũpuntur, siue ob prauos humores in eũ alicunde affluentes,siue ipsius tunicis adherescẽtes, sepenumero cõmodissime exhibentur. Alterũ genus leue est,& probius alit. Gallis dicũtur Palourdes. Mytuli gratissimi au tũno & maio existũt, cũq; multa dulcis aqua miscetur mari Procedente hyeme amarescũt,& in rubrum colorẽ transeũt. Tenuiter alunt,aluũ subducũt,stomachũ reficiũt. Quia arenulis scatent, calculosis incõmodare creduntur, iccirco in aquã marinã tribus,quattuorve horis ante esum demergãtur, vt contractã illuuiẽ expuant. Cochleę medentur ventriculo, atq; his ꝓpiciæ ferũtur,quos animus linquit, aut quorũ alienatur mẽs aut qbus vertigines fiũt,prosunt & sanguinẽ reijcientibus, sed earũ virus grauitatem halitus facit. Dioscorides inquit, Crudæ cum suis operimentis illitæ cutẽ subeuntiũ aquarũ tumores exinaniunt, nec prius decidũt, q̃ humorem illum omnẽ exiccauerint Leunculi nõ nullis Gãmari, dum coquũtur,protinus rufescũt(Garnaert appellãtur) carne sunt admodũ suaui, sed duriuscula & imbecillius nutrimentũ prebente. Vmbras. Troctas, Barbos, Percas, Strumulos sciens,prudensq; pretereo,bonitatis enim tã sunt prostitutæ,vt eulogio nostro nõ indigeant. Nunc tu candide lector inuisam hãc temeritatẽ boni cõsules,qui in auibus ac piscibus nõ nulla nomina ausus sum patria lingua reddere. Id eo cõsilio factũ interpreteris, ne tu si hisce habes cõpertiora, trepides ad publicã vtilitatẽ emittere, quando a pluribus huiusmodi operã desiderari audio. Prodigiosa mihi scientia videtur,& parum digna prædicatione, si latina nomina scias, aut scire te existimas, cum tamen rem ipsam ignoras, nec potis es digito commonstrare, quid vocabula tua significent, etiam ipsa res præsens tibi si sit, & patentibus oculis subiecta. Assides conuiua, & cum de piscibus suboritur sermo, latina quædam nomina crepas, sed quos dentibus tuis vorax commolis, per ea significari, tu nescis. Spectatum admissi risum teneatis amici. Galenus,

Mytuli.

Cochleæ.

Leunculi.

Si culpam admisit, precatur veniam.

Pamphilus. sexto de simplici medicina. Pamphylum quendã acriter perstringit, qui herbas, quarum figuras non erubesceret perscribere, nec per somnium viderat vnq̃. Id genus hominũ, inqt, quomodo assimilauit eos Heraclides Tarentinus, simillimũ est preconibus, qui formas ac notas fugitiui mancipij, licet ipsi nunq̃ agnouerint, preconio tamen publicant. Notas vero & indicationes ab alijs, qui norunt, accipiunt, & ceu cantilenam eas proferunt, vt si forte is, quem ebuccinant, prope adsisteret, discernere tamen non possent. Ex eo profecto in hac re precipuam obscuritatem inoriri puto. Quod de quibus inquisitio versatur, non vbiq; omnibusve in regionibus reperiantur, vel in alijs atque alijs diuersa apparent specie. Et vt herbæ cum solo, cœloq; (q̃uis non substantiam mutent) tamen que eandem concomitantur, minime asseruant, colorẽ saporem, odorem, lineamenta, & cætera defluentia, ita appellatio quoque multiplex euariat. Accidentia enim magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. De fructibus acerba est contentio. Nõ desunt qui vno verbo omneis fortiter infamant, & bonæ valetudini vehementer noxios asseuerent, nec in rationem victus vllo modo admittãt: quippe quos frigefacere dicant, & genuinum naturæ calorem debilitare. Cũq; humidiores & excrementicij existant, arrepta statim, vel leuicula occasione nequiter imputrescũt. Sed mirum profecto videri potest, si res omnino tam sit noxia & improspera mortalibus, ad quorum vtilitatem cũcta procreata constat, quare natura sapiens ac prouida tam fecit oblectabilem atque illicem, vti colore ad esum expectanteis inuitaret, uti odore pretereuntes attraheret, vti sapore degustantes afficeret: quis queso, non persepe oculos suos pauit, & in contemplandis illis tam diuersis, atq; inexplicabilibus fructuum coloribus restitans hesit? quis nares non admouit auidus fragrantiæ tam rare & exquisitæ, Cuius beneficio nonnunq̃ fugiens anima, vel sit retenta, vel etiam retracta. qs palato suo horum peramabili humore non aliquando gratificatus est? An natura cuniculos effodit, & foueas amœno gramine obtexit, vt in eas imprudentes incideremus. An in melle dirum venenum occuluit, quo opificiũ suum pertraheret in exitium, quod maxime seruatum voluisse credibile est.

Defructibus.

est? Quidnam aliud hisce artibus quęsitum interpretabimur si rem tot modis, & speciosis nominibus commendatã atq; ad vsum sui blandissimam infecit, & conspurcauit pestilenti succo? Mitto nunc (quando his non est locus) q̃ multifariam & mirifice eos contexerit, ac cõmunierit aduersus ferarum volucrum, tempestatum depredationes, insidias, iniurias. Illud quoq; expensione dignum, q non vno tempore simul omnes ematurantur, vt anni quęlibet pars ea gratia mortalibus adlubeat, quia noua solatia, & nõ recusandas delicias apportet. Preterea qui a mensis, & ab esculentis mala, nucesq; reiectant, ij continuo damnant, & superuacanea eorum studia clamant, quibus collocata est opera, curaq; diligẽs, in arborum consitionibus & insitionibus. Qui iniustissima erit q̃rimonia, vt Cẽsores Romani muneris male administrati coarguantur. Qui non hanc virorum licentiam promulgatis legibus ad salutem publicam cohibuerũt: quos interpretor innumeros, & Appius & Decius, & Manlius & Claudius recensentur, a quibus & Appia poma, & Decia, & Manliana, & Claudiana nuncupantur. Nunc Hesiodus, Theophrastus, Virgilius, Cato, atque alij magno numero hac de re lucubrationes suas egregias ac prælautos cõmentarios nobis reliquerunt. Tantis profecto laboribus prudẽtes viri peperçissent, nisi in ea heresi extitissent, vt arborei fœtus nõ solum innoxij, sed & vtiles essent ac commodi humano vsui. Extra controuersiam, opinamur quidem ipsos fructus non tantũ edi citra vllam mali formidinem, sed cum magna quoque, in magnis morbis adminiculationis spe, si temperanter, si tẽpestiuis, si selectis vtamur. Intemperantia nunq̃ non trahit secũ comitẽ pœnitentiam: quæ intempestiua offeruntur, periculosos tumultus ciere consueuerunt. Nullũ preterea posuisse discrimen in ijs quę mandimus, haud est obscurum, multos in interitum rapuisse. In malis plurima varietas cõspicitur in sapore, colore, odore, maturitate, figura & substantiæ modo Quęcunq; astringunt terrestrem succum obtinent, acida tenuem, dulcia mediocrem, insipida frigidũ. Augustus ad tollendam sitim interdiu sumere solebat frustulum pomi vinosioris. Iulianus ne vnq̃ quidem gustasse fertur: si ante cibationem assa præsumantur, aluum clementer leniũt: si a cibo cru

Quã operosa in fructibus muniẽdis natura.

Authoris opinio.

In malis plurima varietas.

 daman-

da manduntur, concoctionē in bene valentibus adiutant, Innocentiora sunt exacte matura & quæ in hyemē aut ipsum ver asseruata crudū & redūdantē succū posuere. Satyric⁹ ait.

Nec odoris mala recentis
Nec metuenda tibi, siccatum frigore, postq̃
Autumnum & crudi posuere pericula succi.

Cum nondum in arboribus maturuere, cōcoctu pertinacia, frigida, & tardi transitus existūt, humorē crassum, flatulentū, atq; ineptum plane pariunt. In pyris eadē omnia, quę in malis cōperies, sed figura ijs turbinatior. Alia sunt austera, alia acida, alia dulcia, & quę nullā exuperantē qualitatē obtinent. Talis ergo pyrorum vsus, qualis malorum: videntur tamen nutriendo, astringendo, roborandoq; stomacho aptiora & salubriora, modo decocta sint. Nam crudorum cibus etiam valentibus onerosus est, ac ieiunis maxime, colicā ingenerāt aduersantur boletis atq; fungis. Cotonea odoris & exhalantis spiritus fragrantia vehemēter delectant, quamobrē & ea olim in cubilibus asseruare consueuerunt. Cruda sanguinē reijciētibus prosunt, dysentericis, Cholericis, Cœliacis egregie opitulantur. Non idem præstant decocta, nanq; vim illā astringendi amittūt, sed suauiora fiunt, & in cibatu gratiora Succū gignūt crassum & calculosis officiūt. Punicorū multa genera cōscribuntur. Ex his dulcia stomacho inimica, inflationes pariūt, dentes & gingiuas lędūt, sitim accendunt. Proxima his vinosa paulo cōmodiora depræhenduntur & visceribus amica magis. Acida aluū sistūt, feruoribus medētur, sitim tollūt. Omnia tenuiter alunt Arantia, Limones. Citrea ad rē medicamentariā potiora sunt, q̃ escariā, eorūq; succus ad intinctus & conditurā aptior, q̃ vt per se vllū nutrimentum præbeat. Mespila inter malorum quoq; genera referuntur, hæc insigniter fluorem alui cohibent, gustu non ingrata manduntur, parce tamē nec affatim esitanda, dentibus officiunt. De Persicis nō habeo, quę magnifice iactem, prauum succū & redundantē humiditatem obtinent, neq; ęgris (& si nō nullis aliter visum) salutaria vsurpantur. Alijs cibis præferenda sunt. Quæcunq; cibaria (authore Galeno) cacochima existunt, & ob lubricū humorem facile delabuntur, in primis mensæ ferculis assumenda sunt, Sic enim & ipsa

Pyra. Cotonea. Punica. Arantia. Limones. Citrea. Mespila. Persica.

celeriter

celeriter pertranseunt,atq; alijs quasi commodam viam sternunt. Postremo autem sumpta, vna secum prægressa in corruptionem trahunt. De Prunis, Cerasijs, Moris vno verbo perstringam,succi sunt nō admodum boni,cito computrescũt,minime alunt.Labore aliquo defatigatis,aut immodico calore correptis & siticulosis,& natura siccioribus vtiles esse queunt.Ariditatẽ tollunt,suauiter reficiunt,ardorem extinguunt,sed parcior eorũ vsus sit. Tanta voluptate afficiunt, vt mandẽdi finis nō nisi periculo fiat. Et quoniã ventrẽ emolliunt, prima mittantur. Neq; ipsum corpus deuoretur sed extracto succo crassum expuatur. Ficus commeabiles sunt, & facile penetrant. Recentes ventriculo incommodant,interanea flatibus implent,sed nocumẽti vim ex celeri delapsu anticipãt,aluũ enim resoluũt,papulas,sudores & cutis erosiones prouocãt, sanguinẽ haud satis probũ gignũt.Quare crebriorẽ eorũ esum multitudo pediculorũ,seu phthiriasis morbus infamis comitatur. Quo Acastũ Peliæ filiũ occubuisse tradũt. Alcimanẽ quoq; q in fabricãdis cãtilenis eximius artifex fuit. Pherecidem rerũ diuinarũ scriptorẽ Calisthenem Olynthiũ,& Mutiũ iurisconsultũ & Eunũ seruũ quendã fugitiuũ. Luciũ quoq; Corneliũ Syllam. Afficcatę,quas Caryeas nominãt,corpus nutriũt,calefactãt,bonã faciũt aluũ,gutturi,faucibus,vesicę,renibus, quoniã abstersoria vi pollent, vnice cōducũt. Suspiriosis quoq; vtiles, & cutẽ subeũtibus aquis.Iecoris,lienisq; affectionibus,si inflãmatio absit, lōge ante cibũ cũ thimo,pipere,zingibere,pulegio,aut calamẽto sumptę.Sũt qui vocis studiosos iubeãt a ficis abstinere. Aegesianactis Alexandrini exẽplo moti,ꝙ is tragœdiarũ actor optimus euasisse dicatur,quia decẽ & octo annos ficu tẽperasset.Ex vuis dulciores calefaciũt,nutriũt,ventrẽ molliunt. Acidæ & austerę his sunt aduersę,in medio sunt vinosę. Recens omnis stomachum turbat, cōcoctionem vitiat,viscera flatu distendit. Innocentior quę aliq̃diu pependit,qua euentilatione redundans humor absumitur, fiuntq; vtiles ægris, nã & refrigerãt leuiter & fastidiũ auferũt.Proximę sunt pensilibus in palea seruatę.Carne et liquore cōmendantur.Quibus liquoris inest copia, minus alunt, plus laxant. Quibus firmior est caro, alibiles sunt magis ac minus fugaces.

Prunæ. Cerasia. Mora.

Ficus.

Qui occubuerint phthiriasi.

Caryeæ.

De vuis.

Passæ

Palmulæ. Passæ viscerum obstructiones amouent, & angustijs viarũ medentur, sed stomachum, ventrem, & interanea tentarent, nisi pro remedio in ipsis acinis granula forent, Palmulæ laudatissime nascuntur in Ierichunte, concoctu difficiles sunt, capitis dolores inferunt, succus ex ijs vehementer crassus existit, & quia huic pinguis quędam dulcedo miscetur, celerrime iecur obstipat. Maxime ab illorum esu offenditur, qui inflammatione, aut scirro distinetur In Aegypto, Cypro, Syria palmulis sues & reliqua animalia saginãt. Vitiati huius pomi signum est decidisse candidam verrucam, quę racemo adhesit. Alexandri milites viridibus palmis (quas nocẽtissimas esse cõstat) strangulati feruntur. Iuglandes. Iuglandes parũ nutriunt, bilem adaugent, capitis dolores excitant, linguæ grauitatẽ faciunt. tussientibus nocent, recẽtes minus noxię sunt, stomacho & palato gratiores, potissimũ si cum ficu edãtur. A cœna omnino inutiles, temerant enim cõcoctionem, accendũt sitim, & ob vim vnguinosam in ventriculo fluitãt: quare aut ex garo, aut addito salis momento eas plurimi premandunt quo facilius venter soluatur. Cum vero vetustescunt assimilem pingui oleo substantiam nanciscuntur, cibo prorsus inidoneę, horulas aliquot in calida aqua præmacerentur. Diutissime seruantur incorruptę vel in paleis, vel in arena, vel in folijs suis aridis obrutę, vel ĩ arca ex suo ligno facta inclusę, vel cepis mistę, quibus hanc vicissitudinẽ rependunt, vt eis acredinem tollant. Auellanæ. Auellanis densior & astrictior est caro, quare minus fœliciter concoquuntur, & hoc nomine iuglande deteriores, non ęq; tamen oleosæ, vt tardius omnino demeent. Stomachum labefactant, cephaleam inducunt, pinguedini corporis conducunt plus quã sit verisimile: tostæ distillationi ac tussi medentur. Amygdalæ. Amygdalæ extenuandi atque abstergẽdi egregiam vim habẽt, & præsertim amaræ humorum, qui in thorace ac pulmone viscidi stabulantur, excreatum efficaciter promouent, aiunt quiuis fere præsumptis ebrietatẽ nõ sentire potores. Dulces magis nutriunt, somnum cõciliant, vrinam & menses cient, longa dies oleosas facit: quare in calida aqua prius macerent, quã ex contusis lac exprimatur febrientibus, aut vbi foriolis ministrabitur, in nouo fictili torreantur. Castaneæ. Castaneæ (quas Oppius nuces Heracleotechas vocat)

cat)ſubſtantiæ ſunt terreſtris, ad humanum vſum, vt nec cæ-
teræ glandes, ſed porcorum paſturā natæ. Inter omneis prin
cipatum tenent, & ſolæ alimentum memorabile prębent, fla
tus multiplicant, oculis incommodant, inſomnia pariūt, dif
ficulter conficiuntur, craſſum chimum gignunt. Innocētio-
res ſi in vino & ſalis momento elixentur. Oliuæ infirmā ali- Oliuæ.
moniam corpori largiuntur, neq; in eum vſum a nobis aſſu-
muntur, ſed vt mandendi auiditatē acuant. Stomachū robo-
rant, vrinam cient, & alui ſubducendæ cauſa ante alias epu-
las eduntur: nec mediocris eſt error exiſtimaſſe tumore oli-
uę oleum increſcere, cum carnoſiſſimis pauciſſimum eſſe cō
ſtat: quamobrem Italicis tranſmarinæ in cibis præferuntur.
Earum muria reprimendis gingiuis vtiliter colluitur, ea etiā
mobiles confirmat dentes. Huic arbori cum ſcorto tantū eſt
diſſidium, quod ſi huius manu plātetur, vel ſterilis perpetuo
manet, aut omnino adareſcit. Capparis etſi ablutus, ac dema- Capparis
ceratus, vt omnem prorſus ſalſuram exuat, minime tamē nu
trit, obſonium eſt ad profligandā ventriculi malaciā, & pro-
ſtratum appetitum reuocandum: pituitam quoq; interaneis
adhæreſcentem deradit, lienis ac iecoris obſtructiones amo-
uet: in quos vſus cum oxymelite, aut oxeleo ante alias dapes
pręmittitur. Cucurbitę & Cucumeres fugacibus fructibus
annumerantur (hos Gręci Horęos vocant) inutiles omnino Cucurbitę
huius cœli mortalibus: quoniā frigidū, & humidum ſuccum Cucumeres
facileq; putreſcibilem (niſi ex celeri delapſu id mali effugiāt)
in venis gignunt. Natura quidem feruidis, & tēpore calidio
re ęſtus moderādi gratia horum aliquid guſtaſſe licebit. Cru
da Cucurbita vt inſuauis eſt cibo, ita ſtomacho pernicioſa ac
plane inſuperabilis: quę longior, tenuiorq; protenditur, mi-
nimum ſeminis habet, ſed gratior atque ſalubrior depręhen Lactuca.
ditur. Ex oluſculis lactuca menſis aptiſſima eſt: cuius pecu-
liares vires ſunt, ſomnum facere, bilem reprimere, Venerem
inhibere, ſtomachū purgare, ſanguinē augere, ſenſus acuere.
Porro aluum neq; ſoluunt, neq; ſiſtunt, concoctiones adiu-
uant, illotæ & vt ex terra eruuntur cibum non cōtinentibus
vtiles ſunt, magis nutriunt elixæ, lactis copiam pręſtant, fre- Malua.
quentior vſus oculorū claritati officit. Maluę ſuccus eſt glu
tinoſior, minuſq; refrigerans, quare & lubricam aluū facit, ci

tiusq; secedit, præsertim si cum oleo, butyrove ac garo affatim hauriatur. Huius dimidium cyathum quotidie quisquis sorbuerit, morbis oĩbus cariturus dicitur, & ob id omnimorbiã vocant. Dentiũ dolor restinguitur, cũ circa eos maluę radice pupugeris.

Beta. Betę exigua est alimonia, ob nitrosam vim mali succi, appositã non degustasse olim religio fuit. Duo genera narrantur, alterũ nigrũ, alterũ candidũ, idq; prelatum in cibis. Absterforia vis inest betæ, quare ventris excretionem cõcitat, & stomachũ largius commanducata nonnihil lancinat, lienosos iuuat, iocinoris interseptos meatus repandit, vini sapor huius folijs in dolio demersis restitui putatur.

Atriplex. Atriplex nullius gustabilis qualitatis particeps est, tota humet, alimentũ prębet perexiguũ, ventriculo inimica est, si cruda & per se edatur: quare nec ex oleo solo, & garo, sed addito aceto melius assumitur. Pythagoras eã accusauit, tanquã faceret hydropicos, morbosq; regios, & pallorem, ac ne in hortis q̃dem iuxta id olus nasci quicquam, nisi languidum culpauit. Addidere (narrante Plinio) Dionysius & Diocles plurimos gigni ex eo morbos, nec nisi mutata sæpius aqua coquendã stomacho contrariã esse, lentigines & papulas gignere.

Portulaca. Portulaca alimoniã præbet imbecillẽ, humectat, frigefacit, neq; astrictionis est exors, dentiũ torpores ex acerbo, acidove cibo cõtractos corrigit, cruentis gingiuis medetur, stomachi, intestinorũq; ardores lenit, cruditates sedat, vocẽ firmat, sitim arcet, renũ, vesicęq; erosionibus vnice ꝓdest, Veneris impetus cõpescit contra rotundos ventris lũbricos, contra hemorroydes, & sanguinis eruptiones, cõtra interaneorũ exulcerationes egregie cõfert. Elixatur portulaca, & cũ aceto oleoq; ac salis momẽto estur. In hybernos mẽses illęsa seruat, si diligẽter perpurgetur, & sub vmbra expãdatur: deiñ tertia quartave die sal in fundo fidelię substernitur, & separatim cõponitur, acetoq; affuso, iterũ sal supmittitur, & operta fidelia loco frigido, siccoq; reponitur.

Eruca. Eruca diuersę est quã lactuca naturæ. Hęc frigefacit, & Veneri refragatur, illa calefactat, & Veneris concitatrix non iners prędicatur. Columella inquit

Et quæ frugifero, seritur vicina Priapo
Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos.

Quare vtraque alteri in acetarijs commodissimũ iungitur, q̃

tempera

tẽperamentũ æq̃t feruor cũ frigore mistus. Cõcoctionẽ adiutat, bonã aluũ facit, cerebrum purgat, & vrinarios meatus ab excrementis liberat. Asparagus vulgo notus, & vbiq; gentium familiaris stomacho acceptus est, facile domatur, tenuiter nutrit. Huius coliculi paruo admodũ temporis momento ad iustam cocturam indigent, vnde natum extat prouerbium de re celeriter confecta, aut quæ celeriter confici queat citius quam asparagi coquãtur. Aluũ molliunt, lotiũ proturbant, intestinorũ torminibus opitulãtur. Cum vino albo poti ęgrotantium deliria (quas phrenitidas appellant) finiunt. Testatum inuenio, q đ ex seminata rasura arietis cornu enascantur. Brassicę per æstatem maior est acrimonia, & edendo non existimatur. Appetente hyeme mitescit, & plurimũ suauitatis conferunt pruinæ. Subcruda bonã facit aluum, tremulis & quibus oculi hebetiores sunt, subuenit, pręsertim vbi in culpa multa deprehẽditur humiditas. Stomacho vtiliora sũt cymata, ipsa enim minus brassica assiccant, quanq̃ aliorũ olerum asparagi (Gręci vt & id obiter notem, teneros coliculos omniũ herbarum, quæ manduntur, cũ primũ extra prodeũt ac videntur, aut, Galeno authore, ad fructus, seminisq; eruptionem increuerint, etiam Asparagos vocant) plærunq; ipsa planta sicciores sunt. In hoc discrimen vertitur; quod siccescunt magis in his, quæ frigidioris temperaturæ reperiuntur vt in lactuca, atriplici, beta. Contra potius humescunt in his, quæ calefaciunt, vti in synapi, nasturtio, Pyrethro. Ex aceto cruda lienosis medetur, sic commanducata, vt succus sensim per fauces dimanet, amissam restituit vocẽ, vites ad hanc assitę diffugiunt, & in fundum declinãtes condunt se intro. Q đ si grandiores sint, & iam proferendis vuis maturæ, vim illã prolificam noxio afflatu vel extingunt, vel egregie debilitant. Quo argumento vsus Androcydes contra crapulas & temulentiam valere brassicam pronunciauit. Et quis Catonis illud ignorat: Qui multum volet bibere, brassicam edat, ex aceto crudã, tãtũ bibet, quantũ volet. Huius cũ plura gña ferantur, vnum est, q đ Tritianũ appellatur, magnitudine & sapore eximiũ, cui globosum caput nõnunq̃ in pedis mensurã crassescit, intus forisq; candidũ pręter extima folia, quę leui virore pallẽt. Saporis gřa plurimũ expetit, & in hac Zelan

Asparagus. Brassica. Androcydes. Plura genera brassicæ

dia frequens gignitur. Nimirum gaudet & alitur halitu & contactu aſperginis marinæ. Sunt profecto quędã olerum genera, quæ ab humoribus ſalſis iuuantur, & proficiunt longe meliora, vti beta, ruta, eruca. Aegyptij nitro aquę permiſto braſſicam aſpergunt, qua induſtria multo dulcior, & tenerior efficitur: ſicut ſi prius ſale maceretur, q̃ coquatur. Amaritudinem enim quandã in ſe habet, quã ſalſus humor ſubiens exterit. Hoc loco hallucinatũ mihi Beroaldũ obiter aperiam. Is in Auguſto Suetonij ſic habet. Apud Catonem eſt. Si mulier eo lotio locos fouebit, nunq̃ hi viroſi fient. Dicuntur aũt loci viroſi a Catone, qui coitũ viri deſyderanter affectant, cupiuntq; libidinari. Ego in hanc ſententiam non eo, neq; Philippo aſſentior. Marcus Cato, in eo quẽ de re ruſtica conſcripſit, ad hunc modũ de braſſica diſſerit. Lotiũ conſeruato eius qui braſſicã eſitauerit, ſi mulier eo locos fouebit, nunq̃ ij viroſi fient. Pro mea interpretatione, nõ efficientur putidi, fluentes, olidi. In his enim ſepicule quiſpiã mador colligit, & feruidus humor conſiſtit, quem nõ inepte virus, virulentumq; dixerimus: ergo ad hos locos reſiccandos & extergẽdos, valere exiſtimauit ex eius lotio fomentũ, qui braſſicam comederit, aut ſi ante conceptã lucem hoc remedio vtantur, nunq̃ ij viroſi, ſeu purulenti fiẽt. Quod ſi virorũ appetentiã eo prędidio euincendã ſignificare voluiſſet, dictũ oportebat, Si mulier eo lotio locos fouebit, nũquã hæc viroſa fiet. Apud nullũ puto caſte, caſtigateq; loquutũ, viroſam vuluã, id eſt, voluptatis Venereæ ſitientẽ, aut virilis congreſſus auidã inueniri niſi quis cũ ſtomacho ac probro (q̃d Satyrici ſolent) prędicenter obiurget. Sed vti virũ mulieroſum dicimus, qui puellaris complexus ardentior eſt, ſic viroſam fœminã, quæ maris cõſuetudinẽ cupientius affectat. Tale eſt illud Lucilij, vetulã atque viroſam vxorẽ cędam potius, quam caſtrem me. Illud quoq; Affanij, vigilans ac ſolers, ſicca, ſana, ſobria, viroſa nõ ſum, & ſi ſum, non deſunt mihi, qui vltro donẽt, ętas integra eſt, ac formæ ſatis. Haud me latet id vocabuli in priore ſignificatu rarius eſſe, neque apud latinæ linguæ proceres paſſim obuium occurrere. In ijs tamen nec infrequẽs eſt, qui nobis bene Gręca in ſermonem bene Romanũ quotidie trãſferũt. Sonchos cũ diſtringitur albus eſt, copioſo lacte manat. Orthopnoícis

Quędã olera iuuantur ab humoribus ſalſis.

Beroaldus.

Sonchos.

orthopnoicis in cibo vtilis est, erosiones stomachi lenit, animæ graueolentiam corrigit, calculos per vrinā pellit, lactis habundantiam facit, infantibus amabilem colorē cōciliat, & ne in ventriculo coeat lac, peculiare subsidiū præstat. Huius succus trium cyathorum mensura in vino albo & oleo calefactus fœturam adiuuat, atq; ita (quod literis proditū est) vt ab enixu ambulent fœtę. Rapa si cruda estur, prædura est, & cibo aliena, elixationem poscit non modicā, & tum etiā inflat, atq; inutili humore ac fluida carne vescētes implet. Multi calidis cineribus obtectam adassant, & zingiberis, pulegij cumini polline, salis quoque momento conspersam affundētes butyrū edunt. Cū elixat̄ adijcienda est saluia, aut maiorana, aut satureia, aut eius aliquid, qđ calefaciendo est, flatusq; attenuet. Decocto podagrę & perniones vtiliter fouentur. Elixus quoq; raporū in prima germinatiōe asparagus edendo est, & ciendę vrinæ accommodatus. Democritus in totū abdicauit in cibis propter inflatiōes. Diocles magnis laudibus extulit, etiā Venerē stimulari ab eis professus. Plinius testat̄ vidisse se rapū quadraginta librarū: quod & amplius fieri ferūt, si cū serit̄ obsecretur, vt sibi & familiæ, vicinisq; benigne cōferat. Raphanus flatus colligit, calefacit, grata est ori, sed cū stomacho huic parū cōuenit, bonā facit aluum, ructus & vrinam cit. Oportet, Dioscorides ait, eā a cibo sumere, sic magis digestioni conferentē, præsumpta enim cibū supra se suspendit. Galenus in alia videtur sententia, neque huic assentiri, cuius hęc sunt verba ex libro scđo de ciborū facultatibus. Cęterū tū medicos illos, tum medicinę rudes hoīes mirari subit, q a cœna crudas eas, quo iuuent scilicet concoctionē, ingerūt. Aiunt nāq; id se ipsa experiētia habunde cōpertum habere, nullus tamen eos citra damnū potuit imitari. Estur elixa vtiliter cōtra veterē tussim, & quæ crassa in pectore concrescūt: viti aduersatur, & est inimica eius fœcunditati. Porrum mali succi dicitur, grauia & turbulenta facit insomnia, vrinarios meatus laxat, aluū soluit, muliebria ducit, tentiginē auget, ad oīa pectoris vitia cū melle in eclegmate conducit, exulceratæ vesicæ, renibus, atq; oculis officit. Narrant Melam equestris ordinis reū ex procuratione a Tyberio principe accersitum, in summa desperatione, succo porri ad triū denariorum

Rapa.

Raphanus

Porrum.

argenteorum pondus hausto, confestim expirasse sine cruciatu. Cępas Aegyptus iureiurando inter Deos collocat: inflandi & erodendi vires habent, cibi cupiditatē accendunt, fastidia stomachi prę repletione languētis tollunt, sitim acuunt, aluū molliunt, sed earū copiosus cibus capitis dolores importat, & in valetudine inexpugnabilē somni necessitatē quandoq; faciunt, & quia oculos mordent, a Græcis dictæ sunt Cromyon: neq; illud latere debet, qui eis cōtinuo vtunt filios plerunq; stultos generāt. Maiore acrimonia sunt lōge q̄ rotundę, rufæ q̄ candidę, siccę quā virides, crudę quā coctę. Pompeiā, inquit Columella, vel Ascaloniā eligito: quas si inueterare libeat, & vt veterascentes meliorescant, aqua salsa tepida capita intingēda sunt. Alliū pituitosis cōfert, & quibus in ventriculo crassi aut glutinosi humoris copia inest, calefacit, erodit, excernit, peditus pellit, colicā discutit, lumbricos latos extrudit, lotiū proritat, vocē serenat, excreationes promouet, siticulosum est, & oculis incōmodat. Magna vtilitate cum origano decoctū bibitur contra pediculos & lendes, q̄ plures habet nucleos, hoc est asperius. Emendat ruta grauē cęparū alliorūq; halitū & acrimonias cōmanducata. Mitescunt etiā & praui succi notā deserūt, si bis aut ter diffusa aqua elixentur. Et vt odore careant, iubentur seri cum luna sub terra est, & cum in coitu, colligi. Si quis, Galenus ait, vel Thracas, vel Gallos, vel frigidæ denique regionis incolas vesci alliis vetuerit, nō leuiter his hominibus nocebit, sed acriū oīm assiduus vsus, pręsertim ei, q̄ plus ęquo bile habundat, euitādus est. De fungis nō habeo, qd̄ magnopere prędicem. Plurifariā mortiferi fiunt, quoties aut clauis rubiginosis, aut putridis pānis, aut serpentium latibulis adnascuntur, aut arboribus noxios fructus ferentibus. Et ij supra se lentorē quendā cōcretum ostendunt, q tales nō sunt, & ipsi nocent si paulo liberalius assumātur, strangulantes & malū, qd̄ cholerā dicūt, afferentes. Boleti innocētiores habentur, & nisi ad summum elixi comedant, periculi, mortisq; præsentē causā adducunt, familias interemptas, & tota cōuiuia nemini est obscurum. Nō satis mirari queo, quid voluptatis in his mādendis generosi viri cōperiant, nisi eos meliorum affluentia reddat insolētes. Inter legumina (hęc Cōmodus Anthoninus, q̄ a libidinis fo-

Marginal notes: Cæpa. — Cępis vtētes stultos gn̄ant — Allium. — De fungis. — Boleti. — Legumina

nis fomenta crederentur,in cõuiuia reuocabat)primas dabi- Fabæ.
mus fabę,quæ non densam neq; graue substantiã habet,sed fungosam ac leuem. Inflatis cibus q̃cunq; modo paretur,& vniuersũ corpus flatulento spũ implet, q̃d minus assueti, magis persentiscunt,Venerẽ excitat,egre cõficitur,sensus hebetat,insõnia facit,nõnihil flatũ remittit fricta; sed succũ gignit crassiorẽ,& difficillime perdomatur in stomacho viridis,& quæ nõdũ maturuit,noxiũ alimentũ præbet,magnãq; vim exerementorũ parit.Faba alẽdæ familiæ cõducit, & agrorũ cultorib9 cũ suina carne aut ouilla. Pythagoras ab huius esu Pythagoras.
sanctissime absterrebat,siquidẽ sacrum quiddã inesse, & admirandã eius naturã censebat.Primũ,inquit,nil aliud est,quã semen:deinde si viridem adhuc fabã exueris,simile quid pudendis,virilibusq; cõperies:decoctã si noctibus aliquot lunarijs radijs obieceris,sanguinẽ ex ea facies, quasi mortuorum animis latibulum sit.In eius pręterea flore lugubres literę cõspiciuntur, Atheniensibus q̃q; mos erat, fabis magistratus eligere.Lomentum(ne tacitum id pręteream)farina est fabacea,aptum instrumentum, quo ad extergendas sordeculas, ad conciliandũ candorem,ad poliendã cuticulam in balneis mulierculæ sese defricantes vtuntur. Cicer non minus infla- Cicer.
tiones excitat quã faba,sed copiosius nutrit,Venerem acuit & genitale semen adauget.Abstersiora facultate pollet,contractosq; in renibus calculos egregie comminuit;qua ratio- Lens.
ne & thoracis vitijs medetur,& excreationes adiuuat.Lentis continuus vsus oculorũ aciẽ obtundit, stomacho nocet, ęgre conficitur,interanea flatu fatigat,turbulenta insomnia importat,neruis,pulmonibus & capiti inimica,tarde cõmeat,elephantiasim,cancrũ, & id genus melãcholicos morbos gignit.Probatissima,quæ facillime cõcoquitur, & q̃ madẽs nihil ex se nigrũ remittit,& aquã maxime absorbet.Aluũ suo cũ cortice cocta sistit,os ventriculi & totum ventrẽ corroborans,muliebri itẽ profluuio conuenientissima. Nõ desunt,q lente vescẽtes,ęquianimes fieri contendãt.Cũ fabis tota sub Pisum.
stantia quid simile habet pisũ,sed non ęq; inflat,nec similiter abstergit:quare & segnius secedit, & Venerẽ minus concitat.De frumento,de quadrupedibus, de volucribus,de animantiũ partibus,de lacticinijs,de fructibus, de olusculis, de

radicibus, de leguminibus, q̄ in vſũ quotidianũ veniũt, hæc iã dicta ſint ſatis. Potus in hac regione vites non ferẽte ceruiſia eſt: quæ ad neruos & corporaturã haud parũ facit, ſi ex p̄bis frugibus & idonea aqua conficiatur. Recens ſtomachũ inflat, interanea diſtendit, viſcera obthurat, renibus ac veſicæ incõmoda eſt. De vino pro ſuo quiſq; palato ac ſtomacho ſtatuat, ſed temulentiã inprimis meminiſſe conducit noxiã eſſe modiſq; multis bonã valetudinem temerare. Serenus ait:

De potu.
Ceruiſia.

De Vino.

Si vero articulos tabes inimica per omnes
Hæſerit, ex ficu betas cum melle ligabis,
Vel pelagi latices, ſimul & baccheia dona
Sumere curabis, nimio ſed parcite vino,
Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua
Dicitur hoc vitio tales meruiſſe dolores.

Quapropter vini vſus nõ alius, q̄ ignis habendus eſt, quem Prometheus Satyro indicaſſe fertur: q̄ppe cũ primũ ignẽ vidiſſet Satyr9, eũq; vellet ob inuiſã speciẽ aretius cõplecti & oſculari. Heus, inq̄t Prometheus, niſi caues hirce, mentũ tibi profecto dolebit, ſiquidẽ vrit, ſi quid propius attingat: nõ valet in hunc vſum, ſed lucẽ & calorẽ miniſtrat. Sic, ſi quis mero acceſſerit propius, atque id hauſerit profuſius, non mediocri malo afficietur, & in eũ vſum nihil valet. Sed lucem ac calorẽ, hoc eſt, mentis corporiſq; vigorẽ ſuppeditat ijs, q̄ temperanter ac modice eo vtuntur. Modico enim ſtomachus recreatur, appetẽtia cibi acuitur, vires aluntur, ſollicitudinis cura hebetatur, excremẽta digerũtur, ſõnus cõciliatur. Cæterũ permulta in vinis differẽtia eſt, in quibus explicãdis operæpreciũ facturus nõ ſũ, paſſim apud bonos authores hęc enarrata bene cõperiũtur, nos ſermonẽ noſtrũ ad p̄ſens inſtitutũ cõtrahemus. Nouũ ergo ęgre cõcoquitur, flatuoſũ eſt, vẽtrẽ turbat, tumultuoſa facit inſõnia. Salubrius eſt, q̄d mediã ętatẽ agit: albũ facilius digeritur, rubrũ magis nutrit, illud corpulẽtis, hoc atrophis in ſanitatẽ ſeruãda tutius: q̄d ſi candidũ & rubrũ eodẽ in ſympoſio apponãtur, Gali9 in hoc imitãdus eſt, vti albũ p̄mittatur, q̄a propt'9 delabitur. Saluberrimũ cui nihil in muſto additũ, & oĩno melius, ſi nec vaſis pix adfuit. Reſina condita calefaciendi vim obtinẽt, frigidis ſtomachis vtilia, & concoctionẽ adiuuare credũtur. Nouitiũ reſinatum

Permulta in vinis differentia.

nulli

nulli conducit, capitis dolores & periculosas vertigines gignit. Multos admiratio capit, qua ratiõe tã acriter cerebrum cõmoueat, tãq; celerẽ ebrietatẽ cõcitet vinũ Pictauiẽse, cũ dilutũ, tenue ac imbecillũ sit. Huius causã existimamus, q̃niam vegrãdes vuę sũt & crudę, & polygranię, ex qbus id vinũ exprimit, quare & crudũ, austerũ, atq; insuaue existit: sua ergo asperitate & immiti acredine ocyus caput ferit, cerebrũ tẽtat neruos debilitat. Ex eo q̃q; liq̃dũ fit, ipsa granula plurimũ officere, & sensuũ instrumẽtis aduersari, vtpote q̃d ex carnulẽtis acinis primũ pfluit, nõ ęq; mẽtẽ vexat, atq; illud, q̃d ex his ipsis postremũ torq̃tur: quale Catoni tortiuũ est: q̃sq̃s studio ac cura sanitatis tenet, nullũ cũ pictauo cõmerciũ habebit, nã in stomacho p̃sertim altioso ptinus acescit, i feruido rapit i fumos, tm̃ abest, vt vllã cõferat opẽ cõficiẽdo cibo. Ea vero generosa cẽsemus, & digna i humanũ corpus mitti, q̃ Rhenus, q̃ Burgũdia, huicq; vicina regio, q̃ & Burgedalis, mõ matura sint, nobis habũde porrigũt, neq; alia alibi gigni nõ minus aspernãda diffiteor, sed mẽsis nr̃is familiaria nõ sũt. Mod9 porro dãdi p vehemẽtia vini, p ętate & cõsuetudine sumẽtis ęstimet. Anni q̃q; tẽpestas negligẽda nõ est: salutare p̃dicat mediocri vino madere cibũ, neq; cũ siti luctandũ. Sol9 aĩaliũ hõ nõ sitiẽs bibit. Diximus edendũ, quãtũ natura facile & citra negociũ cõcoquat: silis ratio in potu obseruet. Cupientibus augere corpus, aut aluũ mollire, cõducit inter epulandũ subinde bibere, cõtra minuentib9, aut aluũ cohibẽtib9 in edẽdo sitire, postea parũ bibere. Demetri9 quaternos cyathos aut sextarios nõ potãdos cõtendit in eo volumine, q̃d de quaternario nũero cõdidit. Pueris p̃terea vinũ nõ est dandũ: senib9, q̃d vrinas cit magnopere cõfert: aquosũ eni excrementũ i ipsis habũdat. Nõ debet dari his q̃ lingua sũt fũgosa & graui, neq; balbis, & impfecta loquẽtib9, metus est ne celeri ac difficili morbo corripiant. Iã qb9 vrina ęgre & cũ dolore reddit, nec repẽte expauescẽtib9, nec spasticis, nec si psõnos genitura effundet, nec ab enixu, abortuve. Plato in de legibus. Pueri, in q̃t, ad. 12. vsq; annũ vini vsũ prorsus ignorẽt: nẽpe nõ oportet ignẽ igni i corpus atq; animã suggerere. Furiosũ nãq; habitũ iuuẽtutis cauere oportet, deiñ vino moderate vtant, vsq; ad annũ ętatis trigesimũ. Ab ebrietate vero & vini repletiõe iuuenes

Quare vinũ pictauiense celeriter inebriet

Modus dandi pro vehementia vini.

Quibus non cõducat vinũ

uenes oĩno abstineãt. Sed cũ ad.40. puenerũt,tũc in cõuiuijs liberius discũbẽtes,cũ alios Deos, tũ Dionysiũ ad sacra senũ & ludos inuocẽt:q hoĩbus vinũ, quasi remediũ aduersus se-nectutis duritiã largitus est,vt reiuuenescere videant, & mœstitię eos obliuio capiat. Nũc illud q̃q; in hisce cõmẽtariolis ebulliat:quare summũ olei,mediũ vini, & mellis infimũ cõmendent. Oleũ humoris nõnihil supuacui ĩ se cõtinet,q sapo-ris gratiã imminuit, q̃ resiccato,ppriã suauitatẽ nãcisciť. Iã q̃d aurę pximũ,& in eo sũmũ est facili⁹, citiusq; ab ipso circũfu-so ęthere tã cõmodũ bñficiũ accipit,vt ex eo subtrahat,q̃d su peruacaneũ inerat,quare & suauius,& magis blandũ euadit Aer vero in vini vas si incidat, tenuissimũ humorẽ exorbet, q̃ subducto,cõfestim ĩbecillũ efficit, & acorẽ aut austeritatẽ cõcipit. Inferior pars ex turbida fece cõtagẽ trahit, media er-go q̃tũ ab vtriusq; cõfinio distat,tm̃ habet vigoris ac integri-tatis. Mel vero optimũ cẽset,q̃d põderosius est, iccirco q̃ in ĩmũ vasis pars persidit,vt cęteras partes põdere, ita & p̃stãtia vincere cõstat. Cęterũ vinũ qñ vitiat, neq; symposijs,alẽdoq; hoĩ aptũ manet,sed acidũ,acetũq; fit,nõ tã inique degenerat, vt nullũ locũ ĩ re escaria mereat, imo null⁹ est succus,q cibos saporesq; magis cõmẽdat. In q̃ vsu artifices coci eius acrimo niã,si est eximia,tosto pane cõmitigãt,si lãguidior,accẽdũt pi pere. Vis huic inest refrigerãs,fastidia discutiẽs, singult⁹ co-hibẽs,sternutamẽta suo halitu cõpescens,aĩam olfactu reuo-cãs,fluctionib⁹ alui subueniẽs. Mulieribus magis q̃ viris ad-uersat, & tm̃ cibarijs infundẽdũ,q̃tũ moueat sensũ. Aquę nõ nullis in potu sũt,sed frigidũ pigrũq; ingeniũ reddũt. Insalu-bres dep̃hẽdunť salsę,crudę,asperę,durę,palustres,lacustres, & oĩno immotæ,quales Zelãdis ferme oẽs existũt:quare & fœĩę sterilescũt,purgatiões mẽsiũ subsistũt,cũ difficultate pa riũt,partus q̃q; magni & turgidi, & egregie capitati efficiũt Ab enixu puerperę nõ bñ purgãtur,lien inflatur,hydropicę fiũt. Viris artuũ cruciat⁹, exulceratiões crurũ, vẽtris fluores, fauciũ inflãmatiões,obthuratiões renũ,vesicę calculus acci-dũt. Malę sť p̃terea,q̃ calidę scaturiũt,aut in qb⁹ ferrũ,argẽtũ, ęs,aurũ,sulphur,alumẽ,bitumẽ,nitrũ reperiuntur, magis ido neę sť ad depellẽdos morbos,q̃ bonę valetudinis tutelã:bitu minosas aquas interioris corporis vitia purgãdo sanare dixit Vitruuius.

Summũ olei, medium vini, Infimum mellis præstant.

Acetum.

Aqua.

Vitruui9. Optima cēsetur,q̄ nullā aut gustu, aut olfactu qua litatē rep̄sentat:q̄ pura sit, defecata, p̄fluēs. q̄ facile delabitur, nec diutius in p̄cordijs heret:q̄ celeriter cōcalescit, ac refrigeratur:q̄ minimū in se pōderis habet, exceptaq; prōptissime discoqt:q̄ ex glacie aut niue liq̄scit, oīno inutilis est:pluuiatiles leuissimę, tenuissimę, dulcissimęq; sūt, p̄sertim nocturnę, & flāte aqlone:sed eę cū vetustescūt, multifariā corrūpūtur. Domib9 itē plūbo cōtectis delapsæ, aut p plūbeos cānales didu ctæ dysenteriā & intestinorum exulcerationē gignunt. Putei ex qb9 aqua ducitur, si in solo vliginoso & male purgato cōsistunt, in nrūm vsum cōmodi non seruiunt. Postremo ex his q̄ p̄desse solēt, nonnulla sūt, q̄rum sapor, qa per se cibo non congruit, cæteris additur p̄ condimēto, ex qb9 p̄ter acidum atq; acutum, salsus est, quē nisi tēperem9, palatum recusat. Et rursus sine eo nulla humanior vita degitur, vt in p̄uerbium cesserit. Panis & sal obsonia sāctioris amicitię. Nemo nescit quā gratiā cibarijs addat, & q̄ inuiti māducem9 insulsa, vt si huius commoditatē pluribus verbis explicare parē, ipse plane insulsus fiā:vtilior is est, q celeriter liq̄scit, & itē humidior minorē enī amaritudinē habet:q siccior & tardius resoluitur ad salsurā magis idoneus, auiditatē excitat, q̄ etiā ad pastum sollicitātur pecudes, armentaq;. Estur cum insipidis, pinguib9, viscidis, flatulētis, in imum ducit, q̄ in vētriculo suspēsa ob hæsitant. Huius natura est ignea astringens, alligās:seminalē vigorē exp̄gefacit, quapropter ab ipso Aegyptios sacerdotes abstinuisse putāt. Aristoteles inqt, sunt q vehemēter confirmēt, mures si salē lambāt, impleri sine coitu, aiunt dētes nō erodi neq; putrescere, si qs q̄tidie ieiunus mane salē contineat sub lingua, donec liq̄scat. Imo non ex ratione alia piscatores niue candidiores dentes habēt, nisi qa marina aqua sæpissime os colluunt. Salis linctus tussim discutit, columellā restinguit, distillationibus medetur. Et tu lector non insipiens si quam forte nauseam ex mearum lucubrationum lectione contraxisti, salem ne neglexeris, mirifice enim fastidia leuat, bilem reprimit, stomachumq; compescit. De sal.

FINIS.

Antuerpię apud Michaelem Hillenium. An. M.D. L viij.

COLEGIO DE S. CARLOS BIBLIOTECA